INSTITVTIONVM SIVE ELEMENTORVM D. IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LIBRI IIII.

Theophili Inſtitutionibus, & Digeſtis collati, & ad editionem Gregorij Haloandri.

Quæ recens adiecimus, indicabit pagina ſequens.

Angelus Thomaius possessor.



VENETIIS,

Apud Candentem Salamandram.

M D LXIIII.

Adiectorum Elenchus.

I *Iudicium interpretamentorum A. Alciati, F. Duareni, A. Auguſtini.*
II *Loci, ex quibus Inſtitutiones deſumptæ ſunt.*
III *Lectionum uarietas.*
IIII *Obſeruata legibus probata*
V *Seruitutum Summula.* P. Prateio Iuriſ*conſulto auctore.*
VI *Actionum πίναξ, eodem auctore.*
VII §§. *Index.*

ANGELVS POLITIANVS MISCELLANEORVM.

CAP. LXXXIIII.

Inſtitutiones hæ, quæ uocantur in Iure ciuili, Iuſtiniani principis nomine editæ, ſed à Triboniano tamen, doctiſq; aliis uiris compoſitæ, etiam Græcè ſcriptæ ſub eodem prorſus intellectu repeRiuntur: niſi quia ritus quidam, conſuetudineſq; Romanorum veteres vberius aliquantò, & latius in Græco ipſo, quàm in Latino Codice referuntur, ut peregrinis hominibus, atque à Romanorum more, conſuetudineq; alienis res tota penitus innoteſceret.

TABVLA RVBRICARVM INSTITVTIONVM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE *adquiſitione per adrogationem* pag.202
De *actionibus* 274
De *ademptione legatorum, & translatione eorum* 153
De *adoptionibus* 33
De *adſignatione libertorum* 197
De Attiliano tutore, & *eo qui ex lege Iulia, & Titia dabatur* 49
De *authoritate tutorum, vel curatorum* 51
De *bonorum poſſeſſionibus* 198
De *capitis deminutione* 46
De *codicillis* 165
De *curatoribus* 54
De *diuiſione ſtipulationum* 216
De *donationibus* 94
De *duobus reis ſtipulandi & promittendi* 214
De *emptione, & venditione* 128
De *eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur* 204
De *exceptionibus* 308
De *excuſationibus tutorum vel curatorum* 57
De *exhæredatione liberorum* 115
De *fideicommiſſariis hæreditatibus, & ad ſenatuſconſultum* Trebellianum 156
De *fideiuſſoribus* 224
De *fiduciaria tutela* 48

De gradibus cognationum. 48
De hæredibus inſtituendis 188
De hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur 167
De hæredum qualitate & differentia 135
De ingenuis 17
De iniurijs 267
De inofficioſo teſtamento 133
De interdictis 314
De inutilibus ſtipulationibus 216
De ijs per quos agere poſſumus 302
De his, qui ſui uel alieni iuris ſunt 24
De iure naturali gentium, & ciuili 14
De iure perſonarum 16
De iuſtitia & iure 12
De legatis 139
De lege Aquilia 262
De lege Falcidia 153
De lege Fuſia Caninia tollenda 24
De legitima adgnatorum ſucceſſione 177
De legitima adgnatorum tutela 44
De legitima parentum tutela 48
De legitima patronorum tutela 47
De libertinis 18
De literarum obligationibus 226
De locatione & conductione 232
De mandato 238
De militari teſtamento 109
De noxalibus actionibus 399
De nuptijs 28
De obligationibus 207
De obligationibus ex conſenſu 227
De obligationibus quæ ex quaſi contractu naſcuntur 242
De obligationibus quæ ex delicto naſcũtur 251

De obligationibus quæ ex quaſi delicto naſcuntur 271
De officio iudicis 322
De patria poteſtate 27
De perpetuis & tẽporalibus actionibus, & quæ ad hæredes, & in hæredes tranſeunt 306
Per quas perſonas cuique adquiritur 100
Per quas perſonas nobis obligatio adquiritur 246
De pœna temerè litigantium 326
De publicis iudicijs 326
De pupillari ſubſtitutione 126
Quibus alienare licet uel non 98
Quibus ex cauſis manumittere non licet 19
Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur 37
Quibus modis re contrahitur obligatio 207
Quibus modis teſtamenta infirmentur 129
Quibus modis tollitur obligatio 247
Quibus modis tutela finitur 51
Quibus nõ eſt permiſſum facere teſtamentũ 112
Qui teſtamento tutores dari poſſunt 43
Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur 293
De rebus corporalibus & incorporalibus 82
De replicationibus 312
De rerum diuiſione, & adquirendo ipſarum dominio 65
De ſatiſdatione tutorum uel curatorum 55
De ſatiſdationibus 303
De ſenatuſconſulto Orfitiano 185
De ſenatuſconſulto Tertylliano 182
De ſenatuſconſulto Trebelliano 156
De ſeruili cognatione 190
De ſeruitutibus ruſticorum & urbanorum prædiorum 82

De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis. 163
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. 301
De ſocietate 235
De ſtipulatione ſeruorum 115
De ſucceßione cognatorum 186
De ſucceßione libertorum 193
De ſucceßionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum uenditiones, & ex ſenatuſconſulto Claudiano 206
De ſuſpectis tutoribus uel curatoribus 52
De teſtamentis ordinandis 104
De teſtamento militari 109
De tutelis 41
De uerborum obligationibus 210
De vi bonorum raptorum 260
De uſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus 89
De uſu & habitatione 87
De uſufructu 85
De uulgari ſubſtitutione 124

FINIS.

INTERPRETATIO GRAECORVM.

Pagina.15. τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. *legum ipſarum aliæ ſcriptæ conſtant, aliæ non ſcriptæ.*

Pag.32. παρὰ τὴν σποράν *à ſatione. &* ἀπάτορες, *quaſi patrem non habentes.*

Pagina.189. πατράδελφος *quaſi patris frater.*

Ibidem, μητράδελφος, *quaſi matris frater.*

Ibidem, θεῖος *parentis frater.*

Ibidem, πατραδέλφη, *quaſi patris ſoror.*

Ibidem, μητραδέλφη, *quaſi matris ſoror.*

Ibidem, θεῖα, *parentis ſoror.*

Pag.226 τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγώ. *mea fide iubeo ego.*

Ibidem. θέλω *volo.* βούλομαι, *conſulto volo.*

Ibidem, φημὶ *adfirmo,* λέγω, *dico.*

Pag.283. Ἔνθεν ἄρ οἰνίζοντο καρηκομόωντες *&c.*

Hinc ſibi certatim gentis de more comati,
Vina parant Graij, ære dato, fulgenteq; ferro,
Tergoribusq;, bubus, ſed & ipſis, mancipijsq;.

Pag.236. κοινωνίαν *communionem, & indiuiduam rerum omnium ſocietatem, vt in Demoſthene frequenter.*

Pag.248. ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών. *tot denarios acceptos habes? acceptos habeo.*

Pag.252.φῶρας,fures.
Ibidem ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ,in ipſo furto admiſſo, ſcilicet deprehenſum.
Pag.262.Δήεις τόνγε σύεσσι &c.
Sectantem uideas qui errant per paſcua porcos
Ad Coracis ſaxum,iuxta fontemq; Arethuſã.
Pag.267.ὕβριν,contumeliam.
Ibidem ἔγκλημα,culpam
Ibid.ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν, iniquitatem, & iniuſtitiam.
Pag.328.τηλοῦ,procul,longè,
Pag.ibid.βέλος,telum. Ibidem, καὶ τὰ βέλη ὁμῶς ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι,πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. Et huiuſmodi tela ſimul ab eis ferebantur,lanceæ, ſpicula,fundæ,plurimis autem & lapides.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IMPERATOR Cæſar Flauius Iuſtinianus, Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, uictor, ac triumphator ſemper Auguſtus, cupidæ legum iuuentuti. S.

ARGVM.

Imperatorem non ſolùm decent arma, ſed & leges quo belli, paciſq; tempore Reſpublica recte gubernetur.

IMPERATORIAM *maieſtatem non ſolùm armis decoratam ſed etiam legibus oportet eſſe armatam: ut utrunque tempus, & bellorum*†*, & pacis, recte poſsit gubernari: & princeps Romanus nō ſolùm in hoſtilibus prælijs uictor exiſtat, ſed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat* † *: & fiat tam iuris religioſiſsimus, quàm uictis hoſtibus triumphator, magnificus.*

† πολέμου Th.

† expellens fiat.

ARGVM.

Quantis uigiliis, quantiſve ſudoribus ſeſe circa arma, & leges habuerit, ab ipſo effectu docet.

Quorum † utranque uiam cum ſummis uigiliis ſummaq; prouidentia, annuente † Deo perfecimus. Et bellicos quidem ſudores noſtros Barbaricæ gentes ſub iuga noſtra redactæ cognoſcunt: & tam Africa, quàm aliæ innumeræ † prouinciæ poſt tanta temporum ſpatia, noſtris uictoriis à cœleſti numine præſtitis, iterum ditioni Romanæ, noſtroque additæ Imperio, proteſtantur. † Omnes uerò populi legibus tam à nobis promulgatis, quàm compoſitis, reguntur. * Et cùm ſacratiſſimas conſtitutiones, anteà confuſas in luculentam ereximus conſonantiam, tunc noſtram extendimus curam ad immenſa ueteris prudentiæ* uolumina: & opus deſperatum, quaſi per medium profundum euntes, cœleſti fauore iam adimpleuimus.

† τέτων
† cooperante
† numeroſæ
† clamāt
* quaſi ipſe lex ſit The.
* libros digeſtorū intelligit

A R G V M.

Tribonianus, Theophilus, & Dorotheus uiri illuſtres, Iuſtiniani mādato, pro faciliori iuuenum eruditione, Inſtitutiones compoſuerunt.

Cumque hoc, Deo propitio, peractum eſt, Triboniano uiro magnifico, † magiſtro, & exquæſtore ſacri palatij noſtri, & ex conſule, necnon Theophilo, & Dorotheo uiris illuſtribus anteceſſoribus † (quorum omniū ſolertiam, & legum ſcientiā & circa noſtras iuſsiones fidē, iam ex multis rerū argumētis accepimus) cōuocatis, mādauimus ſpecialiter, ut ipſi noſtra auctoritate, noſtriſque ſuaſionibus Inſtitutiones † componerent, ut liceat uobis prima legū cunabula non ab antiquis fabulis diſcere, ſed ab Imperiali ſplēdore appetere: & tā aures, quā animi ueſtri nihil inutile, nihilque perperam poſitū, ſed quod in ipſis rerum obtinet argumentis, accipiant. Et quod priore tempore uix poſt quadriennium prio-

† glorioſiſſimo T.
† anteceſſoribus T. et Alc.
† ἤτοι τὰς εἰσαγωγὰς κωμον Ib.

† *prioribus contingebat, ut tunc conſtitutiones Imperatorias legerent, hoc uos à primordio ingrediamini, digni tanto honore, tantaque reperti felicitate, ut & initium uobis, & finis legum eruditionis à uoce principali procedat.* † *triennium legit Th.*

ARGVM.

Inſtitutionum partitio, quidq; contineant.

Igitur poſt libros quinquaginta Digeſtorum, ſeu Pandectarum, in quibus omne Ius antiquum collectum eſt, quos per eundem uirum excelſum Tribonianum, necnon cæteros uiros illuſtres, & facundiſſimos confecimus, in quatuor hos libros eaſdem Inſtitutiones partiri iuſſimus, ut ſint totius legitimæ ſcientiæ prima elementa: in quibus breuiter expoſitum eſt, & quod antea obtinebat, & quod poſtea deſuetudine inombratum, Imperiali remedio illuminatum eſt.

AGVM.

Inſtitutiones compoſitas legit Iuſtinianus, ac recognouit: recognitis denique plenum robur accommodauit.

Quas † ex omnibus antiquorum inſtitutionibus, & præcipuè ex commentarijs Caij noſtri, tam inſtitutionum, quàm rerum quotidianarum, alijsque multis commentarijs compoſitas, cùm prædicti tres uiri prudentes nobis obtulerunt, & legimus, & recognouimus†, & pleniſſimam noſtrarum conſtitutionum robur eis accommodauimus. † ταύτας Th. †*cognouimus*

ARGVM.

Alacri indefeſſoq; ſtudio huic diſciplinæ incumbendum ſuadet, ob idq; vberrimos fructus pollicetur.

Summa itaque ope, & alacri ſtudio has leges noſtras accipite, & uoſmetipſos ſic eruditos oſtendite, ut ſpes uos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perfecto, poſſe etiam noſtram Rem publicam in partibus eius uobis credendis gubernari. D. CP. XI. Calend. Decemb. D. IVSTINIANO PP. III. COS.

* * *

INSTITVTIONVM,

SEV ELEMENTORVM D. IVSTINIANI *Sacratiſsimi Principis.*

LIBER I.

De iuſtitia, & iure.

TITVLVS. I.

ARGVM.

Iuſtitiæ,& iuris prudentiæ definitio.

IVSTITIA* *eſt conſtans, & perpetua uoluntas, ius ſuũ uique tribuendi. Iuris prudentia eſt diuinarũ, atque humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia.* *Ex.l.iuſtitia. D.eod.

ARGVM.

Leuiora primũ, exinde altiora tradẽda ſunt, ne tyrones rei perplexitate,& uarietate pterriti, aut ſtudia deſerant aut maiori cũ ſudore tardius huiuſce diſciplinæ notitiam aſſequantur.

His igitur generaliter cognitis†, & † incipiẽ tibus nobis exponere iura populi Romani*, ita uidentur poſſe tradi commodiſsimè. ſi primò leui, ac ſimplici uia. poſt deinde diligentiſsima, atque exactiſsima interpretatione ſingula tradantur, aliaquin ſi ſtatim ab initio rudẽ adhuc, & infirmũ animũ ſtudioſi. multitudine, ac uarietate rerũ onerauerimus, duorũ alterũ, aut deſertorem ſtudiorũ efficiemus, aut cum magno labore† ſæpe etiã cum diffidentia (quæ plerunque iuuenes auertit)* † præcognitis. † nunc. † eius.

auertit) ſeriùs ad id perducemus, ad quod leuiore uia ductus, ſine magno labore, & ſine ulla diffidentia maturius perduci potuiſſet.

ARGVM.

Tria ſunt iuris præcepta, ad quæ quicquid in iure ſcriptum eſt, refertur. Publicum ius, publicam vtilitatem reſpicit, priuatum verò ſingulorum peculiare commodum.

* Ex d.l. iuſtitia. *Iuris* præcepta ſunt hæc, Honeſtè uiuere, alterũ non lædere, ſuũ cuique tribuere.* Huius ſtudij duæ ſunt poſitiones, *Publicũ & priuatũ. Publicũ ius eſt, quod ad ſtatũ rei Romanæ ſpectat. Priuatum, quod ad ſingulorum utilitatem pertinet. Dicendum eſt igitur de iure priuato, quod tripertitum eſt: collectum eſt enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus.*

* Ex.l.1. D.eo.

De iure naturali gentium, & ciuili.

TIT. II.

ARGVM.

Quod naturalis inſtinctus omnia animantia docuit, ius naturale dicitur: ideo mares fœminas appetere, liberos procreare, procreatosq; educare (quæ etiam cum brutis cõmunia habemus) hoc iure impellimur.

*ex.d.l.1. IVs *naturale* eſt, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius iſtud non humani generis propriũ eſt, ſed omniũ animalium, quæ in cælo, quæ in terra, quæ in mari naſcuntur. Hinc deſcendit maris, atque fœminæ cõiunctio, quàm nos matrimoniũ appellamus. Hinc liberorũ procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cætera quoq; animalia †iſtius iuris peritia cẽſeri.*

† *feras etiam*

Quod quæq; ciuitas ſibi ius ſtatuit, ius ciuile dicitur, quaſi ipſius ciuitatis proprium, quod verò rationis iudicio ab omni populo cuſtoditur, ius gentium uocatur.

Ius

*Ius***aũt ciuile à iuregentium diſtinguitur, quod omnes populi, qui legibus, & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim cõmuni omnium hominũ iure utuntur. Nam quod quiſque populus ipſe ſibi ius conſtituit, id ipſius propriũ ciuitatis eſt: uocaturq́; ius ciuile quaſi ius propriũ ipſius ciuitatis. Quòd uerò naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes populos peræquè cuſtoditur, uocaturq́; ius gentium, quaſi quo iure omnes gẽtes utantur. Et populus itaque Romanus partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum iure utitur. Quæ ſingula qualia ſint, ſuis locis proponemus.* * ex. l. 9. D. d̃ iuſt. & iure.

ARGVM.

Ius ciuile à ſua quodq; ciuitate, uel legislatore nomen ſortitur, iuris tamẽ ciuilis ſimpliciter prolati appellatione, ius Romanorum (tanquam nobilius) ſignificamus.

*Sed ius quidẽ ciuile ex unaquaq; ciuitate appellatur, ueluti, Athenienſium. nam ſi quis uelit Solonis, uel Draconis leges,***appellare Ius ciuile Atheniẽſium, non errauerit. ſic enim & ius, quo Romanus populus utitur, ius ciuile Romanorũ appellamus, uel ius Quiritũ, quo Quirites utuntur. Romani enim à Romulo, Quirites à Quirino appellantur. Sed quoties non addimus nomen, cuius ſit ciuitatis, noſtrum ius ſignificamus: ſicuti cum poetam dicimus, nec addimus †nomen, ſubauditur apud Græcos, egregius Homerus: apud nos, Virgilius.* *quas col legi P. Prateius in li. vete. Iuriſpr.

ARGVM.

Communis vſus, humanaq; neceſſitas iuri gentium originem dedere. Ex hoc itaque iure orta ſunt bella, ſecutæ captiuitates, & ſeruitutes, ac contractus ferè omnes introducti.

Ius aũt gentiũ omni humano generi cõmune

eſt

eſt.Nam uſu exigente, & humanis neceſſitatibus gentes humanæ iura quædam ſibi conſtituerunt † *Bella etenim orta ſunt, & captiuitates ſequutæ, & ſeruitutes, quæ ſunt naturali iuri cōtrariæ. Iure enim naturali omnes homines ab initio liberi naſcebantur. Et ex hoc iure* * *gētiū omnes penè contractus introducti ſunt: ut emptio uenditio locatio, conductio ſocietas, depoſitum, mutuum, & alij innumerabiles.*

† plurima

* ex.l. ex hoc iure. D.d̄ iuſt. & iure.

ARGVM.

Ius ciuile ex ſcripto conſtat, & non ſcripto: iuris autem ſcripti partes ſunt ſex.

Conſtat autem ius noſtrum, quo utimur, aut ſcripto, aut ſine ſcripto: ut apud Græcos, Τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. *Scriptū aūt ius, eſt lex, plebiſcitū,* † *Senatuſconſultū Principū placita, Magiſtratuū edicta, reſpōſa prudētum. Lex eſt, quod popu. Roma. ſenatorio magiſtratu interrogāte (ueluti cōſule) cōſtituebat. Plebiſcitū eſt, quod plebs plebeio magiſtratu īterrogāte (ueluti Tribuno) cōſtituebat. Plebs aūt à populo eo differt, quo ſpecies à genere: nā appellatione populi, uniuerſi ciues ſignificantur, cōnumeratis etiā patricijs, & ſenatoribus. Plebis* * *autem appellatione, ſine patricijs & ſenatoribus cæteri ciues ſignificantur. Sed & plebiſcita lege Hortēſia lata, nō minus ualere, quàm leges cœperūt. Senatuſcōſultū eſt,* * *quod ſenatus iubet: atque conſtituit. Nam cùm auctus eſſet populus Romanus in eū modum, ut difficile eſſet in unum eum conuocari legis ſanciendæ cauſa: æquum uiſum eſt, Senatum uice populi conſuli.*

† plebiſcita, ſenatuſconſulta

* l. plebis. D. de uer. ſignific.

* l. 2. D. de ori. iur.

ARGVM.

Quod princeps animo legis cōdendæ ſtatuit legis uim obtinet: & conſtitutio dicitur, ligatq; oēs, modò generalis ſit, quòd ſi ob certæ pſonæ

meritum

meritũ, odiũve emanarit, ad exemplũ non trahit: & quũ, perſonalis ſit, perſonã non egredit.

Sed * *& quod principi placuit, legis habet uigorem, quum lege Regia,* † *quæ de eius imperio lata eſt, populus ei, & in eum omne imperium ſuũ, & poteſtatẽ concedat.* † *Quodcũque ergo imperator per epiſtolam conſtituit, uel cognoſcẽs decreuit, uel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. Hæc ſunt, quæ conſtitutiones appellãtur. Plane ex his quædã ſunt perſonales, quæ nec ad exemplũ trahuntur: quoniã non hoc princeps uult. nã quod alicui ob meritũ indulſit, uel ſi quam pœnam irrogauit, uel ſi cui ſine exemplo ſubuenit, perſonam non tranſgreditur. Aliæ autem, quum generales ſint, omnes proculdubio tenent.*

*Ex. l. 1. & conſtit.

† Rhẽnia.

† contulerit.

A R G V M.

Prætorum edicta vim legis habent, ædilitiũque edictum pars eſt iuris Prætorii.

Prætorum quoque edicta non modicam obtinent iuris auctoritatem. Hoc etiam ius honorarium ſolemus appellare, quòd qui honores gerunt, id eſt, magiſtratus, auctoritatem huic iuri dederunt. Proponebant & Aediles Curules edictum de quibuſdam cauſis, † *quod & ipſum iuris honorarij portio eſt.*

† capitulis Th.

A R G V M.

Iuriſconſultorũ ſententiæ (quibus à Cæſare iura ĩterpretãdi facultas data erat) reſpõſa prudentũ dñr: quæ uſq; adeò iuris pondus obtinebant, vt nec cuiquam iudicum ab his recedere fas eſſet.

Reſponſa prudentũ ſunt ſententiæ, & opiniones eorũ, quibus permiſſum erat de iure reſpondere†. *Nã antiquitus conſtitutum erat, ut eſſent qui iura publicè interpretarentur: quibus à Cæſare ius reſpondendi datum eſt, qui iuriſconſulti appella-*

† iura condere.

*l. 1. li. 1. ti. 4. C. T. *appellabantur: quorũ omniũ ſentẽtiæ & opiniones eã auctoritatẽ tenebant, ut iudici* recedere à reſponſis eorum non liceret, ut eſt conſtitutum.*

ARGVM.

Conſuetudo moribus vtentium cõprobata vim iuris ſcripti habet: hoc tamen ab Athenienſibus, illa à Lacedæmonis ortum habuit.

† *Ex non ſcripto* *Sine ſcripto ius † uenit, quod uſus adprobauit: nam diuturni mores conſenſu utentiũ cõprobati, legem imitãtur.* Et *non inelegãter in duas ſpecies ius ciuile diſtributũ eſſe uidetur: nã origo eius, ab inſtitutis duarũ ciuitatũ* Athenarũ *ſcilicet, &* Lacedæmoniorũ, *fluxiſſe uidetur.* In *his enim ciuitatibus ita agi ſolitum erat, ut* Lacedæmonij *quidem magis ea, quæ pro legibus obſeruabant, memoriæ mandarent:* Athenienſes *uerò ea, quæ in legibus ſcripta comprehendiſſent, cuſtodirent.*

ARGVM.

Ius naturale apud omnes gentes obſeruatũ, & ciuile, in hoc diſcrepant: quoniam primum immutabile eſt, reliquum verò conſuetudine aut contraria lege mutatur.

† *iura gẽtium* *Sed naturalia † quidem iura, quæ apud omnes gentes peræquè obſeruãtur: diuina quadam prouidentia cõſtituta, ſemper firma atq; immutabilia permanent: ea uerò quæ ipſa ſibi quæq; ciuitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent, uel tacito conſenſu populi, uel alia poſtea lege lata.*

ARGVM.

*l. 1. & 2. de ſta. ho. Ius cõmune ad perſonas, res, vel actiones ſpectat, & à dignioribus ſumendum exordium.

Omne autem ius, quo utimur, uel ad perſonas pertinet, uel ad res, uel ad actiones.* Et *prius de perſonis uideamus: nam parũ eſt ius noſſe, ſi perſonæ, quarũ cauſa conſtitutũ eſt, ignorẽtur.*

De iure perſonarum.

TIT. III.

ARGVM.

Prima perſonarum diuiſio, exinde libertatis & ſeruitutis finitio.

Summa itaq; diuiſio de iure perſonarum hæc eſt: quòd omnes homines, aut liberi sũt, aut ſerui. Et libertas quidẽ (ex qua etiã liberi uocantur) eſt naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet, niſi ſi quid vi, aut iuris ꝓhibetur. Seruitus* aũt eſt cõſtitutio iure gentiũ, qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur.* *1.3.D. de ſta. hom. *Ex. l.4. & 5. eod.

ARGVM.

Serui à ſeruando dicti ſunt: quũ magis interſit reipublicæ captiuos ſeruos uiuere, quàm mori ingenuos: mãcipia verò quaſi manu capta dñr.

Serui autẽ ex eo appellati ſunt, qđ Imperatores captiuos uẽdere, ac ꝑ hoc ſeruare, nec occidere ſolent, qui etiam mancipia dicti ſunt, eò quòd ab hoſtibus manu capiuntur.* *Aug. li. ſingu. ad Modeſ. l. iubent.

ARGVM.

Seruorum quidam naturaliter ſerui, quidã iure gentium, quidam verò iure ciuili. Et qui ex ancilla naſcitur, ſeruus naſcitur.

Serui autẽ aut naſcũtur, aut fiũt. naſcuntur ex ancillis noſtris: fiũt aut iuris gẽtiũ, ideſt ex captiuitate, aut iure ciuili: cũ liber homo maior uiginti annis ad pretiũ participãdũ ſeſe uenũdari paſſus eſt. In ſeruorũ cõditione nulla eſt differentia, in liberis autem multæ: aut enim ſunt ingenui, aut libertini.

De ingenuis.

TITV. IIII.

ARGVM.

Qui liber naſcitur, ingenuus erit: quinetiam quancũ ad ingenuitatẽ pertinet, matris cõditio

ſpecta-

ſpectatur. Ad hæc ſufficit matrem, aut conceptionis, aut natiuitatis, aut medio tempore liberam fuiſſe, vt quis ingenuus dicatur.

Ingenuus eſt is, qui ſtatim, ut natus, eſt liber eſt † ſiue ex duobus ingenuis matrimonio editus eſt, ſiue ex libertinis duobus, ſiue ex altero libertino & altero ingenuo. Sed & ſi quis ex matre naſcatur libera, patre uerò ſeruo, ingenuus nihilominus naſcitur: quẽadmodũ qui ex matre libera, & ĩcerto patre natus eſt, quoniã uulgo cõceptus eſt. Sufficit autẽ liberã fuiſſe matrẽ eo tempore, quo naſcitur, licet ancilla cõceperit. Et ẽ cõtrario ſi libera cõceperit, deĩde ancilla facta pariat, placuit eũ, qui naſcitur liberũ naſci: quia nõ debet calamitas matris ei nocere, qui in uẽtre eſt. Ex his illud† quæſitũ ẽ ſi ancilla prægnãs manumiſſa ſit, deĩde ancilla poſteà facta pepererit, liberũ, an ſeruũ pariat? Et Marcianus ꝓbat† liberum naſci: ſufficit .n. ei, qui in utero eſt, liberã matrẽ uel medio tẽpore habuiſſe, ut liber naſcatur, quod et uerũ eſt.*

† nõdum ſeruitutis iugũ expertus. T.

*l. 5. D. de ſta. ho.

† Et illud

† dicimus Th.

ARGVM.

Putatiua ſeruitus natalium ſplendori non officit: nec dè facto ſecuta manumiſſio, quicquã ingenuitati detrahit.

Cum autem ingenuus aliquis natus ſit, non offici ei in ſeruitute fuiſſe, & poſteà manumiſſum eſſe. Sæpiſſimè enim conſtitutum eſt, natalibus non officere manumiſſionem.

De libertinis.

TIT. V.

ARGVM.

Libertini qui dicantur, quid manumiſſio, & quo iure introducta.

*Illud adnotato, priuationem nequaquam poſſe præcedere habitum. Adhæc,

nouiter

noui ter emergētia, nouò egere auxilio l.1.& ibi glo. D.de uent.inſpicien.

Libertini ſunt*, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt*. manumiſſio autē eſt de manu datio.nā quādiu aliquis in ſeruitute eſt manui, & poteſtati ſuppoſitus eſt:& manumiſſus liberatur à domini† poteſtate. Quæ res à iure gētiū originē ſumpſit:utpotè cū iure naturali omnes liberi naſcerētur, nec eſſet nota manumiſſio cū ſeruitus eſſet incognita. Sed poſtquā iure gētiū ſeruitus ingenuitatē inuaſit, ſequutū eſt beneficiū manumiſſionis, & cū uno cōmuni† nomine omnes homines appellarentur, iure gentium tria hominum genera eſſe cœperunt: liberi, & his contrarium†, ſerui, & tertium genus libertini†, qui deſierant eſſe ſerui.

*l.6.D.de ſta.hom. *Aug. li. ſingul.ad Modeſti. † ab ea Th. † naturali.D. & Th. † cōtrarij † liberti,

ARGVM.

Multimodè tam inter uiuos, quàm in vltima uoluntate manumiſſio exercetur.

Multis autē modis manumiſſio procedit aut enim ex ſacris cōſtitutionibus in ſacroſanctis eccleſiis, aut uindicta, aut īter amicos, aut per epiſtolā, aut per teſtamētū, aut per aliā qualibet ultimā uoluntatē. Sed & alijs multis modis libertas ſeruo cōpetere pōt, q̄ tā ex ueteribus, quàm ex noſtris† conſtitutionibus introducti ſunt.

† nouis

ARGVM.

Manumiſſio (cū voluntariæ ſit iuriſdictionis) vbiq; & quocunq; tempore & loco fieri pōt.

Serui uerò à dominis ſemper manumitti† ſolent: adeò, ut uel in tranſitu manumittantur: ueluti cùm Prætor † aut Præſes, aut Proconſul †in balneum, uel in theatrum eant.

† rectè T. † Romæ † in Prouincijs

Li bertinorū multiplici ſtatu exploſo vnica omnium hodie eſt cōditio: quandoquidem omnes ciues Romani efficiuntur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

* Vide Vlpianũ ti. 1. Inſtit. & Alciat. lib. 1. Parerg. c. 14.

† ex deditiorum numero

*l. 1. C. de lat. lib. & l. 1. C. de dedi. lib.

† liberti norũ conditio Th.

Libertinorum *autẽ ſtatus tripertitus antea fuerat: nã qui manumittebãtur, modò maiorem, & iuſtã libertatẽ cõſequebãtur, & fiebãt ciues* Romani: modò minorẽ, et Latini, ex lege Iunia Norbana *fiebãt: modò inferiorẽ, & fiebãt ex lege Aelia Sẽtia dedititÿ*†. *Sed quoniã deditiorũ quidẽ peſſima cõditio iã ex multis tẽporibus in deſuetudinẽ abierat, Latinorũ uerò nomẽ nõ frequẽtabatur: ideoq; noſtra pietas omnia augere, & in meliorẽ ſtatũ reducere deſiderans, duabus cõſtitutionibus hoc**emẽdauit, & ĩ priſtinũ ſtatũ reduxit: quia & à primis urbis Romæ cunabulis una, atque ſimplex libertas† cõpetebat, id eſt, eadẽ, quam habebat manumiſſor, niſi quod. ſ. libertinus fit, qui manumittitur, licet manumiſſor ingenuus ſit. Et dedititios quidẽ per cõſtitutionẽ noſtrã expulimus, quã promulgauimus inter noſtras deciſiones p quas ſuggerẽte nobis Triboniano uiro excelſo quæſtore noſtro, antiq. iuris altercationes placauimus. Latinos autẽ Iunianos, & omnẽ, quæ circa eos fuerat obſeruãtiã, alia cõſtitutione per eiuſdẽ quæſtoris ſuggeſtionẽ correximus, quæ inter Imperiales radiat ſanctiones. Et omnes libertos, nullo nec ætatis manumiſſi, nec domini† manumittẽtis, nec in manumiſſionis modo diſcrimine habito (ſicut iã anteà obſeruabatur) ciuitate Romana decorauimus: multis modis additis, p quos poſſit libertas ſeruis cum ciuitate Romana, quæ ſola eſt in præſenti preſtari.*

† dominÿ c. 7. Emẽ.

† Qui & ex quibus cauſ. manumit. non poſſ.

Quibus ex cauſis† manumittere non licet.

TITV. VI.

Manumiſsio facta inter viuos in creditorum fraudem iure non ſubſiſtit: licet tamen domi-

no

ſio quantumuis obærato ſeruum ſuum liberum hæredemque facere, modò nemo alius ex teſtamento extiturus ſit hæres.

NOn tamẽ cuicunque uolẽti manumittere licet. nã is, qui in fraudẽ creditorũ manumittit, nihil agit: quia lex Aelia Sentia impedit libertatẽ. Licet autẽ domino, qui ſoluẽdo nõ eſt, in teſtamẽto ſeruũ ſuũ cũ libertate hæredẽ inſtituere, ut liber fiat, hæresq́; ei ſolus & neceſſarius: ſi modo ei nemo alius ex eo teſtamẽto hæres extiterit, aut quia nemo hæres ſcriptus ſit, aut quia is qui ſcriptus eſt, qualibet ex cauſa hæres ei nõ extiterit. Idq́; eadẽ lege Aelia Sẽtia prouiſum eſt, & rectè. Valde enim proſpiciẽdũ erat, ut egentes homines, quibus alius hæres extiturus nõ eſſet, uel ſeruũ ſuũ neceſſariũ hæredẽ haberẽt, q ſatisfacturus eẽt creditoribus. aut hoc eo nõ faciẽte, creditores res hæreditarias ſerui nomine uẽdãt, ne iniuria defunctus adficiatur.*

*Vide Vlpianũ in Epit. ti. 1.

ARGVM.

Seruo ſimpliciter (nulla libertatis mentione facta inſtituto, cenſetur etiam data libertas.

* Illud adnotato, Conceſso aliquo, etiam id conceſsum uideri, ſine quo illud conſiſtere nõ poſset. text. in l. ij. D. de iuriſdict. om. iudi. & ibi glo. & Bar. & reliqui.

Idemq́; iuris eſt: & ſi ſine libertate ſeruus hæres inſtitutus eſt. Quod noſtra cõſtitutio nõ ſolũ in domino, qui ſoluẽdo nõ eſt, ſed generaliter cõſtituit, noua humanitatis rõne: ut ex ipſa ſcriptura inſtitutionis etiã libertas ei cõpetere uideatur: quũ nõ ſit ueriſimile, eũ, quẽ hæredẽ ſibi elegit: ſi prætermiſerit libertatis dationẽ, ſeruũ remanere uoluiſſe, & neminẽ ſibi hæredẽ fore.*

*l. quidã. C. de nec eſ. ſer.

In creditorum fraudẽ manumisſio facta uidetur, ſi manumiſſoris facultates tẽpore quo

manu-

* Ex. l. in fraudē. D qui, & à qui.

manumittit, æri alieno pares nō ſint, vel dati s libertatibus impares ſint futuræ.

*In fraude** *aūt creditorū manumittere uidetur qui uel iā eo tpe, quo manumittit, ſoluēdo non ē uel qui datis libertatibus, deſiturus ē ſoluēdo eē.*

Non aliter poterit ſemel data libertas impe diri, niſi & decipiendi animo, & ipſo rei euētu fraudati fuerint creditores.

Præualuiſſe tamē uidetur (niſi animū quoq; fraudādi manumiſſor habuerit) nō impediri libertatem quamuis bona eius creditoribus nō ſufficiāt: ſæpe enim de facultatibus ſuis amplius, quā in ijs eſt, ſperāt homines. Itaq; tunc intelligimus, impediri libertatē, cū utroq; modo fraudātur creditores, id ē, & cōſilio manumittētis, et ipſa re, eò quod eius bona non ſunt ſuffectura creditoribus.

ARGVM.

Minor annis uiginti nō aliter ſeruū manumittere pōt, q̄ cauſa cognita: & iuſta manumiſſionis cā, quæ aūt ſint iuſtæ cauſæ, hic traditur.

*conſiliū quid ſit, docet hic Theop.

*Eadē lege Aelia Sētia domino minori uiginti ānis nō aliter manumittere permittitur, quā ſi uindicta apud cōſiliū** *iuſta cauſa manumiſſionis adprobata, fuerint manumiſſi. Iuſtæ aūt manumiſſioni cauſæ hæ ſunt, ueluti, ſi quis patrē, aut matrē, filiū filiamve, aut fratres*† *ſororeſve naturales, aut pædagogū, aut nutricē, aut educatorē, aut alumnū, alumnāve, aut collectaneū manumittat: aut ſeruū procuratoris habēdi gratia, aut ancillā matrimonij habēdi cauſa: dū tamē intra ſex mēſes in uxorē*† *ducatur: niſi iuſta cauſa impediat: & ſeruus, qui manumittitur, procuratoris habēdi gratia nō minor decē & ſeptē annis manumittatur.** *Semel autē cauſa adprobata ſiue uera ſit ſiue falſa non retractetur.*

†*fratrem* Th.

uxor

* Ex l. iuſta. §. 1. D. d̄ mā. uind.

Argum.

ARGVM.

Minori annis uiginti non antea licet proprijs ſeruis teſtamento libertatem dare, quàm decimumoctauum annum attigerit.

*Illud nota, Mediam uiam eligēdam. text. & glo. in l. antiqui. D. ſi pars hær. peta. & l. adeò. §. cum quis. D. de acq. re. do.

Cùm ergo certus modus manumittēdi minoribus uiginti annis dominis per legem Aeliam Sentiam conſtitutus eſſet, eueniebat, ut qui quatuordecim annos † expleuerat, licet teſtamentū facere, & in eo ſibi hæredem inſtituere, legataque relinquere poſſet: tamen ſi adhuc minor eſſet † uiginti annis, libertatem ſeruo dare non poſſet. Quod non erat ferendum: nam cui totorum ſuorum bonorum in teſtamento diſpoſitio data erat: quare † non ſimiliter ei, quemadmodū alias res, ita et de ſeruis † ſuis † in ultima uoluntate diſponere, quemadmodum uoluerit, permittimus, ut & libertatem eis poſſit præſtare? Sed cùm libertas ineſtimabilis res ſit, & propter hoc ante XX. ætatis annum antiquitas libertatem ſeruo dare prohibebat, ideo nos mediam quodammodo uiam eligentes, non aliter minori uiginti annis libertatem in teſtamento dare ſeruo ſuo concedimus †, niſi decimumſeptimum annum impleuerit, & decimumoctauum attigerit. Quum enim antiquitas huiuſmodi ætati †, & pro alijs poſtulare conceſſerit, cur nō etiam ſui iudicij ſtabilitas ita eos adiuuare credatur, ut ad libertatem dandam ſeruis ſui poſſint peruenire?

† ætatis

† ſit

† nos

† ſeruo

† ſuo

† permittimus.

† huius ætatis hominibus.

De lege Fuſia † Caninia tollenda.

† Furia. Vlpianus in Epito. tit. 1.

TITVL. VII.

*Vide Inſtitu. Caii li. 1. ti. 2.

*Lege** Fuſia Caninia certus modus conſtitutus erat in ſeruis teſtamẽto, manumittendis: quã quaſi libertates impedientẽ, & quodammodo inuidam, tollendam eſſe cenſuimus: quum ſatis fuerat inhumanum uiuos quidẽ licentiam habere totam ſuam familiã libertate donare, niſi alia cauſa impediat libertatẽ: morientibus autem huiuſmodi licentiam adimere.*

De his, qui ſui, uel alieni iuris ſunt.

TITVLVS VIII.

ARGVM.

Habes ſecundam perſonarum diuiſionem.

*Illud ſigna, cognito uno cõtrariorum, prorinus alterum cognoſci l. 1. D eo.

* Ex l. i. D. eod.

† diſcamus. T.

† diſpiciamus

Sequitur de iure perſonarũ alia diuiſio. Nã quædam perſonæ ſui iuris ſunt, quædã aliena iuri ſubiectæ Rurſus earũ, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, aliæ ſunt in poteſtate parentũ, aliæ in poteſtate dominorum. Videamus † itaq; de his, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt. nam ſi cognouerimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt, ſimul intelligemus, quæ ſui iuris ſunt. Ac prius inſpiciamus †de his, quæ in poteſtate dominorum ſunt.*

ARGVM.

Etſi olim domino ſeruum occidere, impunè liceret, hodie tamen in eum nõ (niſi ex legitima cauſa) ſæuire licebit: quinimo uſqueadeo dominorũ aſperitas coercetur, ut ſi intolerabilis ſit ſeruos iuſto pretio venundare cogantur: quum reipublicæ interſit, ne quis re ſua abutatur.

In poteſtate itaque dominorum ſunt ſerui. quæ quidem poteſtas, iuris gentium eſt. nam apud omnes peræquè gentes animaduertere poſſumus, dominis in ſeruos uitæ, neciſq; poteſtatẽ

fuiſſe

fuiſſe, & quodcunq; per ſeruum adquiritur; id domino adquiri. † Sed hoc tempore nullis hominibus, qui ſub imperio noſtro ſunt, licet ſine cauſa legibus cognita, in ſeruos ſuos ſupra modum ſæuire. Nam ex conſtitutione diui Antonini, † qui ſine cauſa ſeruum ſuum occiderit, non minus puniri iubetur, quàm ſi † alienum ſeruum occiderit. Sed & maior aſperitas dominorum, eiuſdem principis conſtitutione coercetur, nam Antoninus conſultus à quibuſdam Præſidibus prouinciarum de his ſeruis, qui ad ædem ſacram, uel ad ſtatuam principum confugiunt, præcepit, ut ſi intolerabilis uideatur ſæuitia dominorum, cogantur ſeruos ſuos bonis conditionibus uendere, ut pretium dominus daretur, & rectè. expedit enim reipublicæ, ne ſua re quis malè utatur. Cuius reſcripti * ad Aelium Marcianum † miſſi uerba ſunt hæc: Dominorum quidem poteſtatem in ſeruos ſuos illibatam eſſe oportet, nec cuiquā hominū ius ſuum detrahi, ſed dominorum intereſt, ne auxilium contra ſæuitiam, uel famē, uel intolerabilem iniuriam denegetur ijs, qui iuſtè deprecantur. Ideoque cognoſce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad ſacram † ſtatuam confugerunt, & ſi uel durius habitos, quàm æquū eſt, uel infami iniuria adfectos cognoueris: uenire iube, ita ut in poteſtatem domini non reuertātur. Quòd ſi † meæ conſtitutioni fraudem fecerit: ſciat me hoc * admiſſum aduerſus ſe ſeuerius exequuturum.

† adquiritur.
† Pij
† qui
* l. 2. D. eo.
† Proconſulem Beticæ.
† Abē D.
† qui ſi
* abeſt.

De patria poteſtat e. *

TITVLVS IX.

In poteſtate* noſtra ſunt liberi noſtri quos ex iuſtis nuptijs procreauimus. Nuptiæ autem ſiue matrimonium eſt uiri, & mulieris con-

* hanc definit Theoph. ſuprà, tit. proxi.
* Ex. l. 3. D eod.

iunctio, indiuiduam uitæ conſuetudinem continens.

ARGVM.

Patria poteſtas iure Romano inſtituta fuit, ſoliſq; Romanis propria eſt.

Ius autem poteſtatis quod in liberos habemus, proprium eſt ciuium Romanorum, nulli enim alij ſunt homines, qui talem in liberos habeant poteſtatem, qualem nos habemus.

ARGVM.

Filij ex legitimis nuptijs progeniti, omneſq; per filiorum ſtipitem deſcendentes, in patria ſunt poteſtate, ex filia uerò nati nequaquam.

*Ex.l.4. D.eo. *Qui igitur* ex te & uxore tua naſcitur, in tua poteſtate eſt. Item qui ex filio tuo & vxore eius naſcitur, id eſt, nepos tuus, & neptis, æquè in tua ſunt poteſtate. & pronepos, † & pronep-*

† Idē in pronepote *tis, & deinceps cæteri. Qui autem † ex filia tua naſcuntur, in poteſtate tua non ſunt, ſed in patris eorum.*

†tamen

*Iuſtis nuptijs.

De nuptijs. *

TITVLVS X.

ARGVM.

Maſculi decimumquintum annum attingentes, & fœminæ decimumtertium, iuſtas coeunt nuptias, quas in patria poteſtate cōſtituti, non niſi patre aſſentiente, cōtrahere poſſunt, modò talis ſit pater, qui conſenſum præſtare ualeat.

IVſtas autem nuptias inter ſe ciues Romani contrahunt, qui ſecundum præcepta legum coeūt: maſculi quidem puberes: fœminæ aūt uiri potentes, ſiue patres familiarum† ſint ſiue

†familias *filijfamiliarum: dum tamen,* ſi filijfamiliarum*

*l.2.D.de ritu nup. *ſint, conſenſum habeant parentum, quorum in poteſtate ſunt. nam hoc fieri debere, & ciuilis*

& na-

*& naturalis ratio ſuadet, intantùm, ut iuſſus parentis præcedere debeat. Vnde quæſitum eſt, an furioſi filia nubere, aut furioſi filius uxorem ducere poßit? Cumq; ſuper filio uariabatur, noſtra proceßit deciſio, quæ permiſſum eſt ad exẽplum filiæ furioſi, * filium quoque furioſi poſſe, & ſine patris interuentu matrimonium ſibi copulare, ſecundum datum ex noſtra conſtitutione modum.* * l. ſi furioſi. C. de nupt.

ARGVM.

Aſcendentes cum deſcendentibus naturali vel adoptionis uinculo coniunctis, nuptias celebrare nequeunt, idemq; iuris eſt, etſi emancipatione ſoluta ſit adoptio.

Ergo non omnes nobis uxores ducere licet. nam à quarundam nuptijs abſtinendum eſt inter eas enim perſonas, quæ parentum, liberorumve locum inter ſe obtinent, contrahi nuptiæ non poſſunt: ueluti inter patrem & filiam, uel auum & neptem, uel matrem & filium, uel auiam, & nepotem: & uſque in infinitum. Et ſi tales perſonæ interſe coierint, nefarias atque inceſtas nuptias contraxiſſe dicuntur. Et hæc adeò † uera ſunt, ut quamuis per adoptionem parentũ liberorumvè loco ſibi eſſe cœperint, non poßint inter ſe matrimonio iungi in tantum, ut etiam diſſoluta adoptione, idem iuris maneat. Itaque eam, quæ tibi per adoptionem filia uel neptis eſſe cœperit, non poteris uxorem ducere quamuis eam emancipaueris. † ita

ARGVM.

Inter fratrem, & ſororem ex utroque altero-ve parente prognatos, coniugium conſiſtere nequit: quod ius ad adoptiuos fratres (quamdiu adoptionis vinculum permanet) etiam trahitur: eò verò ſoluto, nil obſtat nuptiis contrahẽdis,

Inter eas quoque perſonas, quæ ex tranſuerſo gradu cognationis iunguntur, eſt quædam ſimilis obſeruatio ſed non† tanta. Sanè enim inter fratrem ſororemque nuptiæ prohibitæ ſunt: ſiue ab eodem patre, eademque matre nati fuerint, ſiue ab altero † eorum. Sed ſi qua per adoptionem ſoror tibi eſſe cœperit, quandiu quidẽ conſtat adoptio, ſanè inter te & eam nuptiæ cõſiſtere non poſſunt: cùm uerò per emancipationẽ adoptio fuerit diſſoluta: poteris eam uxorem ducere. Sed & ſi tu emancipatus fueris, nihil eſt impedimento nuptijs. Et ideo conſtat, ſi quis generum adoptare uelit, debere eum anteà filiam ſuam emancipare: & ſi quis uelit nurũ adoptare, debere eum anteà filiũ ſuũ emancipare. Fratris uerò uel ſororis filiam, uxorẽ ducere non licet, ſed nec neptẽ fratris, uel ſororis quis ducere põt, quàuis quarto gradu ſint. Cuius enim filiã uxorẽ ducere nõ licet, neque eius neptẽ permittitur. Eius uerò mulieris, quã pater tuus adoptauit, filiã nõ uideris impediri uxorẽ ducere: quia neq; naturali, neq; ciuili iure tibi coniũgitur.

†ppetua.

† alterutro.

* Iure tamen pontificio, cui potius in his adhærendum eſt, duorum fratrum filij legitimo coniugio copulari non poſſunt, gloſ. hic quæ potuit citare. c. non debet. & ibi Panor. & cæteri, extra de conſang. & affinit.

Duorum autem fratrum uel ſororum liberi, uel fratris & ſororis coniungi†poſſunt. Item amitam, licet adoptiuam, ducere uxorem non licet, item nec materteram: quia parentum†loco habentur. Qua ratione uerum eſt, magnam quòque amitam, & materteram magnam prohiberi uxorem ducere. *

† non

† matrũ

*Rationẽ reddit hic Theoph.

ARGVM.

ARGVM.

Adfinitatis ueneratione, eam quæ olim mihi priuignanurus, ſocrus, uel nouerca extitit, uxorē ducere non licet: multoque minus licebit, ſi adhuc mihi ſit, priuigna, nurus, &c.

* Quoties eiuſdem diſpoſitionis duæ ſunt rationes, ſublata è duabus altera: non ob id ceſſat diſpoſitio, reliqua manente.

Adfinitatis quoq; ueneratione † à quarundam nuptijs abſtinere neceſſe eſt: ut ecce priuignam, aut nurum uxorem ducere nō licet· quia utraque filiæ loco ſunt: Quod ita ſcilicet accipi debet, ſi fuit nurus, aut priuigna tua. nam ſi adhuc nurus tua eſt, id eſt, ſi adhuc nupta eſt filio tuo, alia ratione uxorem eā ducere nō poteris: quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt. Itē ſi adhuc priuigna tua eſt, id eſt, ſi mater eius tibi nupta eſt: ideo eam uxorem ducere non poteris, quia duas uxores eodem tempore habere non licet. Socrum quoque, & nouercam prohibitum eſt uxorem ducere, quia matris loco ſunt. Quod & ipſum, diſſoluta demū adfinitate ꝓcedit. alioquin ſi adhuc nouerca eſt, id eſt, ſi adhuc patri tuo nupta eſt, communi iure impeditur tibi nubere quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt. Idem ſi adhuc ſocrus eſt, id eſt, ſi adhuc filia eius tibi nupta eſt ideo impediūtur tibi nuptiæ, quia duas uxores habere non potes mariti tamen filius ex alia uxore, & uxoris filia ex alio marito, uel contra, matrimonium rectè contrahūt: licet habeant fratrem, ſororemve ex matrimonio poſtea contracto natos.

† ratione

ARGVM.

Etiam ob publicam honeſtatem à quibuſdā nuptijs abſtinetur, quamuis nullum cognationis, uel adfinitatis obſtaculum adſit.

*Ex.l.11. §.2.de ritu nu.D. † Vlpiani.

*Si uxor*tua poſt diuortium ex alio filiã procreauerit,hæc non eſt quidem priuigna tua: ſed Iulianus†ab huiuſmodi nuptijs abſtineri debere ait.nam conſtat,nec ſponſam filij, nurum eſſe: nec patris ſponſam, nouercam eſſe rectius tamẽ & iure facturos eos, qui ab huiuſmodi nuptijs abſtinuerint.Illud*certum eſt ſeruiles quoque cognationes impedimẽto nuptijs eſſe:ſi fortè pater & filia,aut frater,& ſoror manumiſſi fuerint. Sunt & aliæ perſonæ,quæ propter diuerſas rationes,nuptias contrahere prohibentur, quas in libris Digeſtorum ſeu Pandectarum ex uetere iure collectarum enumerari permiſimus.*

*Ex.l.14. D.eod.

ARGVM.

Vbi nuptiæ contra legum interdicta celebratæ fuerunt,ibi neque nuptiarum, neq; uiri,neque uxoris, neque dotis,ullum ius erit,uel appellatio,ad hæc contrahentes,pœnas hic traditas alias quæ plures incurrunt.

Si aduerſus ea quæ diximus,aliqui coierint, nec uir,nec uxor,nec nuptiæ, nec matrimoniũ, nec dos intelligitor.Itaque ij,qui ex eo coitu naſcuntur,in poteſtate pãtris non ſunt: ſed tales ſunt (quãtũm ad patriam poteſtatem pertinet) quales ſunt ij,quos mater uulgò concepit. nam nec hi patrem habere intelliguntur, cùm & his pater incertus ſit. unde ſolent ſpurij appellari παρὰ τὴν σπορὰν,†et ἀπάτορες,quaſi ſine patre filij.Sequitur ergo ut diſſoluto tali coitu; nec dotis,nec donationis exactioni locus ſit.Qui autem prohibitas nuptias contrahunt & alias pœnas patiuntur, quæ ſacris conſtitutionibus continentur.

† à Græca uoce, quaſi σπορά-δην conceptí.

ARGVM.

Naturales liberi,curiæ oblati, legitimi fiunt & patris poteſtatem ſubintrant. Item ex ea mi

ti,cum

tĩ cum qua iuſtas contrahere nuptias licebat, cõnubio ſubſecuto dotalibusq́; inſtrumentis confectis, æquè legitimi cenſentur, atque qui ex matrimonio nati ſunt.

*Aliquando autem euenit ut liberi, qui ſtatim ut nati ſunt, in poteſtate parentum non ſunt, poſtea redigantur in poteſtatem patris: qualis eſt is, qui dum naturalis fuerat, poſteà curiæ datus, poteſtati patris ſubijcitur, necnon is, qui à muliere libera procreatus, cuius matrimonium minimè legibus interdictũ fuerat, ſed ad quam pater conſuetudinem habuerat, poſteà ex noſtra conſtitutione * dotalibus inſtrumentis compoſitis in poteſtate patris efficitur. Quod et alijs liberis, qui ex eodem matrimonio poſtea fuerint procreati, ſimiliter noſtra conſtitutio * præbuit.*

*l. cum quis. C. de nat lib.

*l. nuper C. eo.

De adoptionibus. *

*Adoptionem deſinit hic Theop.

TIT. XI.

ARGVM.

Poteſtas patria etiam adoptione conſtituitur, cuius duæ ſunt ſpecies, altera adrogatio dicitur, altera adoptio, illa principis auctoritate, eos qui ſunt ſui iuris adrogamus, hæc verò in alterius poteſtate exiſtentes, imperio magiſtratus adoptamus.

Non ſolùm autem naturales liberi ſecũdum ea quæ diximus in poteſtate noſtra ſunt: uerùm etiam ij, quos adoptamus. Adoptio autem duobus modis fit: aut principali reſcripto †aut imperio magiſtratus. Imperatoris auctoritate adoptare quis poteſt eos eaſve, qui quæve ſui iuris ſunt. quæ ſpecies adoptionis dicitur adrogatio, Imperio magiſtratus adoptamus eos eaſve, qui quæve in poteſtate parẽtum †ſunt: ſiue primum gradum liberũ obtineant,

†auctoritate.

†parẽtis.

qualis eſt filius, filia: ſiue inferiorem, qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis.

ARGVM.

Filiusfamiliàs extraneo in adoptionem datus, extranei poteſtatem minimè ſubintrat quã uis illi inteſtato ſuccedat: Datus uerò cuiuis aſcendentium, eius poteſtati ſubiicitur.

*Adnotato duo uincula uno fortiora eſſe. tex. & gloſſ. in §. quia igitur. in auth. de conſang. & uter. fratrib.

*l. fi. C. de adop. *Sed hodie ex noſtra conſtitutione,* cũ filiuſfamilias à patre naturali extraneæ perſonæ in adoptionẽ datur, iura † patris naturalis minimè diſſoluuntur: nec quicquam ad patrem adoptiuum tranſit, nec in poteſtate eius eſt: licet ab inteſtato iura ſucceſsionis ei à nobis tributa ſint. Si uerò pater naturalis non extraneo, ſed auo filij ſui materno,† uel ſi ipſe pater naturalis fuerit emãcipatus, etiã auo, uel proauo ſimili modo paterno uel materno filium ſuum dederit in adoptionem, in hoc caſu, quia concurrunt in unam perſonam & naturalia, & adoptionis iura, manet ſtabile ius patris adoptiui, & naturali uinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo cõſtitutum † ut & in familia, & in poteſtate huiuſmodi patris adoptiui ſit.*

† *poteſtatis patris*

† οἰκείῳ πενθερῷ. *Theop.*

† *nodo cõſtrictum*

ARGVM.

Impuberis adrogatio, cauſa cognita celebratur, caueatq; adrogator ſe bona adrogati (ſi intra pubertatem obierit) illis reſtiturum, ad quos peruentura erant, adoptione non facta.

Cum autẽ impubes per principale reſcriptũ adrogatur, cauſa cognita adrogatio fieri permittitur: & exquiritur cauſa adrogationis an honeſta ſit, expediatq; pupillo, & cum quibuſdam conditionibus adrogatio ſit, id eſt, ut caueat adrogator

rogator perſonæ publicæ† ſi intra pubertatem pupillus deceſſerit, reſtituturum ſe bona illis, qui, ſi adoptio facta non eſſet, ad ſucceſſionẽ eius uenturi eſſent. † *hoc eſt tabulario. T.*

A R G V M.

Adrogatus non, niſi cauſa cognita, emancipatur cui propria bona reſtitui debent, iubeturq; adrogator quartam bonorum ſuorum illi relinquere.

Item non aliter† emancipare eum poteſt adrogator, niſi cauſa cognita, dignus emancipatione fuerit: & tunc ſua bona ei reddat. Sed & ſi decedens pater eum exhæredauerit, uel uiuus ſine iuſta cauſa emancipauerit: iubetur quartam partem ei bonorum ſuorũ relinquere, uidelicet præter bona, quæ ad patrem adoptiuum traſtulit, & quorum commodum ei poſteà adquiſiuit. † *alia*

A R G V M.

Quod natura fieri non poteſt, nec arte poterit. ars enim naturæ eſt imitatrix.

Minorem natu, maiorem non poſſe adoptare placet: adoptio enim naturam imitatur: & pro monſtro eſt, ut maior ſit filius, quàm pater. Debet itaque is, qui ſibi filium per adoptionem uel adrogationem facit, plena pubertate, id eſt decem & octo annis præcedere. Licet autem & in locum nepotis, uel neptis, pronepotis, uel proneptis, uel deinceps adoptare, quamuis filium quis nõ habeat. Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare poteſt, quàm nepotem in locum filij.

A R G V M.

Adoptans aliquem in nepotem quaſi ex filio (quem in poteſtate habet) natum, filii conſenſum habere debet, diuerſum erit ſi auus nepotem ex filio in adoptionem dare uelit.

† eo filio *Sed ſi quis nepotis loco adoptet uel quaſi † ex filio, quem habet iam adoptatum, uel quaſi ex illo, quem naturalem in ſua poteſtate habet; eo caſu & filius conſentire debet, ne ei inuito ſuus hæres adnaſcatur. ſed ex contrario ſi auus ex filio nepotem det in adoptionem, non eſt neceſſe filium conſentire.*

ARGVM.

Adoptiuus pater adoptatum filiũ in poteſtate ſua cõſtitutum, vel adrogatum, alteri in adoptionem dare poteſt, haud ſecus quàm naturalis pater posſit.

In plurimis autem cauſis adſimilatur is, qui adoptatus uel adrogatus eſt, ei qui ex legitimo matrimonio natus eſt. & ideò ſi quis per Imperatorem, uel apud Prætorem, uel præſidem prouinciæ non extraneum adoptauerit, poteſt eundem in adoptionem alij dare.

ARGVM.

Qui ſecundum naturam liberos generare nequeunt, nec ſecundum artem ſibi parare quibunt.

*ex l. 2. D. eod. *Sed & illud utriuſque adoptionis commune eſt, quòd & ij, *qui generare non poſſunt (quales ſunt ſpadones) adoptare poſſunt, caſtrati autem non poſſunt.*

*Annota, fœminas filios in poteſtate non habere l. nulla. D. de ſuis & leg. quo fit, ut iuribus poteſtatis patriæ minime fruantur.

Fœminæ quoque adoptare non poſſunt, quia nec naturales liberos in ſua poteſtate habẽt: ſed ex indulgentia principis ad ſolatium liberorũ amiſſorum adoptare poſſunt.*

*l. mulierẽ. C. eo.

Argu.

ARGVM.

Adrogatus non ſolùm in adrogatoris conn-lat poteſtatem, ſed etiam liberi quos in poteſt te habet.

*Illud proprium eſt adoptionis illius, quæ per ſacrum oraculum fit: quòd is, qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe adrogandum dederit, nõ ſolùm ipſe poteſtati adrogatoris ſubijcitur, ſed etiam liberi eius in eiuſdem fiunt poteſtate, tanquam nepotes. ſic etenim diuus Auguſtus *non antè Tiberium adoptauit, quàm is Germanicum adoptaſſet: ut protinus adoptione facta, inciperet Germanicus Auguſti nepos eſſe.* * Vid. Sueton. in Aug.

ARGVM.

Seruus à domino adoptatus, uel apud acta filius nominatus libertatem naniſcitur.

*Apud Catonem bene ſcriptum refert antiquitas, ſeruos: † ſi à domino adoptati ſint, ex hoc ipſo poſſe liberari. Vnde & nos æruditi, in noſtra conſtitutione *etiam eum ſeruum, quẽ dominus actis interuenientibus filium ſuum nominauerit, liberum eſſe conſtituimus, licet hoc ad ius filij accipiendum ei non ſufficiat.* † *ſerui* * l. i. §. ſimili. C. de lat. liber. tol.

Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.

TIT. XII.

ARGVM.

Mortuo patre, mox ſui iuris filius efficitur: mortuo verò auo ita demum nepos ſui iuris euadit, ſi non ſuperſit ei pater, in cuius recidat poteſtatem.

VIdeamus nunc, quibus modis ij, qui alieno iuri ſunt ſubiecti, eo iure liberẽtur. Et quidem quemadmodum liberentur ſerui à poteſtate dominorũ, ex ijs intelligere

poſſumus

poſſumus, quæ de ſeruis manumittendis ſuperius expoſuimus. Hi *uerò, qui in poteſtate parentis ſunt, mortuo eo, ſui iuris fiunt. Sed hoc diſtinctionem recipit, nam mortuo patre, ſanè omnimodò filij filiæue ſui iuris efficiũtur. Mortuo uerò auo non† omnimodo nepotes neptesq́; ſui iuris fiunt, ſed ita, ſi poſt mortem aui in poteſtatem patris ſui recuſari non ſunt.* Itaque *ſi moriente auo pater eorum †uiuit, & in poteſtate patris ſui eſt, tunc poſt obitũ aui in poteſtate patris ſui fiunt, Si uerò is, quo tempore auus moritur, aut iam mortuus eſt, aut per emancipationẽ exijt de poteſtate patris: tunc ij, qui in poteſtatem eius cadere non poſſunt, ſui iuris fiunt.*

† *omnino* Th.

†&

ARGVM.

Deportatio patris, aut filii, patriæ poteſtatis uinculum ſoluit, reſtitutio uerò principis, in priſtinum ſtatum reponit.

Cùm autem is, qui ob aliquod maleficium in inſulam deportatur, ciuitatem amittit, ſequitur, ut qui eo modo ex numero ciuium Romano*rum tollitur, perinde quaſi† eo mortuo, deſinant liberi in poteſtate eius eſſe. Pari ratione & ſi is, qui in poteſtate parentis ſit, in inſulam deportatus fuerit, deſinit eſſe in poteſtate parentis. ſed ſi ex indulgentia principis† reſtituti fuerint, per omnia priſtinum ſtatum recipiunt.* Relegati *autem patres in inſulam, in poteſtate† liberos retinent.* Et *ex contrario liberi relegati, in poteſtate parentum remanent.* Pœnæ ** ſeruus effectus, filios in poteſtate habere deſinit. Serui autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur, & qui beſtijs ſubijciuntur.*

†*ac ſi*

† *principali*

†*ſua*

*Vide Alcia. lib. 1. Parerg. cap. 15.

ARGVM.

Sola patritiatus dignitas filium, à patria poteſtate eximit.

Filiusfamiliàs ſi militauerit, uel ſi ſenator, uel conſul factus fuerit, remanet † in poteſtate patris militia enim, uel conſularis dignitas, de patris poteſtate filium non liberat. Sed ex conſtitutione noſtra, ſumma Patritiatus dignitas ili co, imperialibus codicillis præſtitis, filium a patria poteſtate liberat. quis enim patiatur patrē quidem poſſe per emancipationis modum poteſtatis ſuæ nexibus filium liberare, † imperatoriā autem celſitudinem non ualere, eum quem ſibi patrem elegit, ab aliena eximere poteſtate?* †manet *l.fi.C.de conſul. li.12. †*relaxare*

A R G V M.

Captiuitate patris aut filii pendet, magis quàm intereat ius patriæ poteſtatis, propter poſtliminii ius, retrò enim fingitur in ciuitate fuiſſe, qui ab hoſtibus regreſſus eſt.

*Si ab hoſtibus captus fuerit parens, quamuis ſeruus hoſtium fiat, tamen pendet ius liberorum propter ius † poſtliminij: quia hi, qui ab hoſtib. capti ſunt, ſi reuerſi fuerint, omnia † priſtina iura recipiunt. idcirco reuerſus parens, etiam liberos habebit in poteſtate: quia poſtliminium fingit, eum, qui captus eſt, in ciuitate ſemper fuiſſe. Si uerò ibi deceſſerit, exinde ex quo captus eſt pater, filius ſui iurisfuiſſe uidetur. Ipſe quoque filius, nepoſve ſi ab hoſtibus captus fuerit, ſimiliter dicimus, propter ius poſtliminij, ius quoque poteſtatis parentis in ſuſpenſo eſſe. Dictum eſt autem poſtliminium * à limine, & poſt, Vnde eum, qui ab hoſtibus captus eſt, & in fines noſtros † poſtea peruenit, poſtliminio reuerſum recte dicimus. Nam limina, ſicut in domo finem quendam faciunt: ſic & imperij † finem eſſe limen, ueteres uoluerunt. Hinc & limen dictum eſt, quaſi finis quidam & termi-* †*ſpem* †*per omnia* *Vide Ciceron. in Topi. †Romanos †Romani

nus.

nus. ab eo poſtliminium dictum eſt, quia ad idem limen reuertebatur, quod amiſerat. † *Sed & qui captus uictis hoſtibus recuperatur, poſtliminio rediſſe exiſtimatur.*

† ἀφελεῖς ἔχει.

ARGVM.

Emancipatio apud quemuis magiſtratum (et citra antiquam ſolennitatem) facta, patriæ poteſtatis uincula ſoluit. uerùm pater ex emancipati bonis ſibi iure debitam portionẽ conſequitur: illiusq́; (ſi impubes ſit) legitimam tutelam.

Præterea emancipatione † *quoque deſinunt liberi in poteſtate parentum eſſe. ſed emancipatio antea quidem uel per antiquam legis* * *obſeruationem procedebat, quæ per imaginarias uenditiones, & intercedentes manumiſſiones celebrabatur, uel ex imperiali reſcripto.* * *Noſtra autem prouidentia etiam hoc in melius per conſtitutionem* * *reformauit ut fictione priſtina exploſa, rectæ uia ad competentes iudices, uel magiſtratus, parentes intrent: & filios ſuos, uel filias, uel nepotes, uel neptes, ac deinceps, à ſua manu dimittant. Et tũc ex edicto Prætoris in bonis huiuſmodi filij uel filiæ, uel nepotis, uel neptis, qui quæve à parente manumiſſus uel manumiſſa fuerit, eadem iura præſtantur parenti, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti. Et præterea ſi impubes ſit filius, uel filia, uel cæteri: ipſe parens ex manumiſſione tutelam eius nanciſcitur. Admonendi* * *autem ſumus liberum arbitrium eſſe ei, qui filium, et ex eo nepotem uel neptem in poteſtate habet,* † *filium quidẽ de poteſtate dimittere, nepotem uerò uel neptem retinere, & è conuerſo* † *filium quidem in poteſtate retinere, nepotem uerò uel neptem manumittere, uel omnes ſui iuris efficere. Eadem & de pronepote et pronepte dicta eſſe intelligantur.* †

† per emãcipationẽ
*xii. Tab.
*l. pe. C. de emãc. lib.
*l. fi. C. e.
*ex. l. liberũ. D. de adop.
† *habebit*
* ἐκ τοῦ ἐναντίου
† *intelligamus.*

Argum.

ARGVM.

Adoptatus ab aſcendente(ſi præſens adoptioni non contradicat) à patris naturalis ſoluitur poteſtate,& in adoptantis poteſtatem tranſit.

Sed & ſi pater filium, quem in poteſtate habet quo uel proauo naturali ſecundum noſtras conſtitutiones ſuper his habitas, in adoptionem dederit: id eſt, ſi hoc ipſum actis interuenientibus apud competentem iudicem manifeſtauerit præſente eo, qui adoptatur, & non contradicente, nec non eo præſente, qui adoptat: ſoluitur quidem ius poteſtatis patris naturalis: trãſit autem in huiuſmodi parẽtem adoptiuum, in cuius perſona, & adoptionem eſſe pleniſſimam anteà diximus.* *l.cum in adoptiuis. C.e. &. §.ſed hodie ſuprà tit.1.

ARGVM.

Conceptus prius quàm pater emãciparetur. aut cuipiam aſcendentium in adoptionem daretur in auita remanet poteſtate, non ita ſi poſteà conceptus ſit.

Illud autem ſcire oportet, quòd ſi nurus tua ex filio tuo conceperit, & filium poſtea emancipaueris, uel in adoptionem dederis, prægnante nuru tua: nihilominus quod ex ea naſcitur, in poteſtate tua naſcitur. Quòd ſi poſt emancipationem uel adoptionem conceptus fuerit, patris ſui emancipati, uel aui adoptiui poteſtate ſubijcitur. Et quidem neque naturales liberi, neque adoptiui ullo penè modo poſſunt cogere parẽtes, de poteſtate ſua eos dimittere.* *l.non poteſt. D.e.

De Tutelis.

TITV. XIII.

*Illud ex tutelæ finitioe nota, tutorẽ primario perſonæ tuendæ cauſa datum,ſecundariò bonorum.§.certè autem infra ti tu.j.gl.l.in copulandis.C.de nup.

*TRanſeamus nunc ad aliam diuiſionẽ per ſonarum. Nam ex his perſonis,quæ in po teſtate non ſunt, quædam uel in tutela ſunt,uel in curatione,quædam neutro iure tenen tur. Videamus ergo de his, quæ in tutela, uel in curatione ſunt. Ita enim intelligemus cæteras perſonas, quæ neutro iure tenentur. Ac priùs diſpiciamus de his,quæ in tutela ſunt. Eſt autem tutela(ut Seruius definiuit) uis † ac poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui per ætatem ſe ipſe defendere nequit, iure ciuili*data ac per miſſa. Tutores autem ſunt, qui eam uim,ac po- teſtatem habent,exq́; ipſa † re nomen accepe- runt. Itaque appellantur tutores, quaſi tuitores, atque defenſores: ſicut æditui dicuntur,qui ædes tuentur.*

†*ius.* Th.& re- ctins. *xii.Tab. †*ipſi*

ARGVM.

Conceſſum eſt patri impuberibus filiis quos in poteſtate habet, teſtamento tutores dare:itẽ nepotibus:modò eo mortuo non ſint in eorum patris recuſari poteſtatem.

*Permiſſum*eſt itaq; parentibus,liberis impu beribus,quos in poteſtate habent, teſtamento tu- tores dare. Et hoc in filios,filiasq; procedit om- nimodò.nepotibus verò, †neptibusq; ita demum parentes poſſunt teſtamento tutores dare ſi poſt mortem eorum in poteſtatem patris ſui non ſunt recuſari. Itaque ſi filius tuus mortis tuæ tẽpore in poteſtate tua ſit, nepotes ex eo non poterunt ex teſtamento tuo tutores habere,quamuis in po teſtate tua fuerint:ſcilicet quia mortuo te, in po teſtatem patris ſui recuſari ſunt.*

*lege xii. Tab. †*tamen,*

ARGVM.

Poſthumo quoq; (qui ſi uiuo patre natus eſ- ſet,in eius poteſtate futurus fuiſſet) teſtamen- to tutor dari poteſt.

Cùm

Cùm autem in compluribus aliis cauſis poſt humi pro iam natis habeantur: & in hac cauſa placuit non minus poſthumis, quàm iam natis teſtamento tutores dari poſſe: ſi modò in ea cauſa ſint, ut ſi uiuis parentibus naſcerentur, ſui hæredes, & in poteſtate eorum fierent.

ARGVM.

Emancipato inutiliter teſtamento datur tutor: datus tamen etiam ſine inquiſitione à iudice confirmandus eſt.

*Sed & ſi emancipato filio tutor à patre datus fuerit teſtamento, confirmandus eſt ex ſententia præſidis omnimodo, id eſt, ſine inquiſitione.** *Vid Th hic.

Qui teſtamento tutores dari poſſunt.† †uel non. Th.

TITV. XIIII.

ARGVM.

Filiusfamiliàs etiam tutor teſtamento rectè datur. Item proprius ſeruus cum libertate: quin etiam ſi non facta libertatis mentione, tutor datus ſit, tacitè libertas data uidetur: ni errore, quaſi liber datus ſit.

Dari autem tutor poteſt teſtamento non ſolùm paterfamiliàs, ſed etiam filiusfamiliàs. Sed & ſeruus proprius teſtamento cum libertate, rectè tutor dari poteſt. Sed ſciendum eſt, eum & ſine libertate tutorem datum, tacitè libertatem directam accepiſſe uideri: & per hoc rectè tutorem eſſe. Planè ſi per errorem, quaſi liber, tutor datus ſit, aliud dicendũ eſt. Seruus autem alienus purè inutiliter teſtamẽto datur tutor, ſed ita, CVM LIBER ERIT, *utiliter datur. Propius autem ſeruus inutiliter eo modo tutor datur. Furioſus, uel minor uigintiquinque annis, tutor teſtamento datus, tu-*

tor erit, cùm compoſ mentis, aut maior uiginti quinque annis fuerit factus. Ad certum tempus, *uel ex certo tempore, uel ſub conditione, uel ante hæredis inſtitutionem poſſe dari tutorem, non dubitatur. Certæ autem rei, uel cauſæ tutor dari non poteſt: quia perſonæ, non cauſæ, uel rei tutor datur.*

ARGVM.

Filiorum appellatione, poſthumi quoque primi gradus continentur, non etiã ulterioris: liberorum autẽ appellatio, etiã nepotes ceteroſq; deſcendentes includit: poſthumi uerò nomen, quoſcunque liberorum gradus complectitur.

*l. ſi filiabus. & l. quod ſi. D. de teſta. tut.

Si quis filiabus ſuis, uel filijs tutores dederit: etiam poſthumæ, uel poſthumo dediſſe uidetur: quia filij, uel filiæ appellatione, & poſthumus & poſthuma continentur. Quòd ſi nepotes ſint, an appellatione filiorum & ipſis tutores dati ſint? Dicendum eſt, ut & ipſis quoque dati uideantur: ſi modò liberos dixerit. Cæterùm ſi filios, nõ continebuntur. Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur. Planè ſi poſteris dederit, tam filij poſthumi, quàm cæteri liberi continebuntur.*

De legitima adgnatorum tutela.

TITV. XV.

ARGVM.

Ceſſante teſtamentaria tutela locus eſt legitimæ: quæ quidem ad proximos defertur agnatos, non etiam ad cognatos. Adgnati autẽ ſunt per virilis ſexus cognationem cõiuncti: cognati uerò per fœminei ſexus perſonas.

*Q*Vibus autem teſtamẽto tutor datus nõ eſt, his ex lege duodecim tabularũ adgnati ſunt tutores, qui uocantur legitimi.*

*mi. Sunt autē agnati,**cognati per uirilis ſexus cognationem†coniuncti, quaſi à parte cognati: ueluti frater ex eodem patre natus, fratris filius nepoſve ex eo: item patruus, & patrui filius, nepoſve ex eo. At qui per fœminini ſexus perſonas cognatione iunguntur, adgnati non ſunt, ſed alias naturali iure cognati. Itaq; amita tuæ filius nō eſt tibi adgnatus, ſed cognatus & inuicem †tu illi eodem iure cōiungeris: quia qui ex ea naſcuntur, † patris non matris familiam ſequuntur.* *l. ſunt autē. D. eo. †pſonas cognatione † ſcilicet † qui ad naſcitur.

A R G V M.

Quantum ad tutelam pertinet, is inteſtatus deceſsiſſe videtur, qui etiam cùm teſtatus ſit, tutorem teſtamento nō dedit, aut datio effectum ſortita non fuit.

Quod autem lex duodecim tabularum ab inteſtato uocat ad tutelam adgnatos, nō hanc habet ſignificationem, ſi omnino †non fecerit teſtamentum is, qui poterat tutores dare: ſed ſi (quantum ad tutelam pertinet (inteſtatus deceſſerit: quod tunc quoq; accidere intelligitur, cum is, qui datus eſt tutor, uiuo teſtatore deceſſerit. *Vide uete. iuriſp. Prateii li. 3. †ominimō

A R G V M.

Adgnationis ius (cū ciuile ſit uinculum) capitis diminutione tollitur, cognationis uerò non ita.

*Annotato, Nihil tam naturale eſſe, quàm eo genere quodque diſſolui, quo ligatum eſt l. nihil tam naturale. D. de reg. iur. c. 1. ubi Dinus. de reg. iur. in antiq.

Sed adgnationis quidem ius omnibus modis capitis deminutione plerunque perimitur. nam adgnatio, iuris ciuilis nomē eſt: cognationis vero ius

† capitis deminutione. Th. — *rò ius non omnibus modis † commutatur: quia ciuilis ratio, ciuilia quidem iura corrumpere poteſt: naturalia uerò non utique.*

De capitis deminutione.

TIT. XVI.

*Ex l. j. D eo. — *l. fi. D. eod. — E*St* autem capitis deminutio prioris ſtatus mutatio, eaq́; tribus modis accidit*. Nã aut maxima eſt capitis deminutio, aut minor: (quam quidam mediam uocant) aut minima. Maxima capitis deminutio eſt, cùm aliquis ſimul & ciuitatem & libertatem amittit: quod accidit his, qui ſerui pœnæ efficiuntur atrocitate ſententiæ: uel libertis, ut ingratis erga †patronos condemnatis: uel his, qui ſe ad pretiũ participandum uenundari paßi ſunt. Minor, ſiue media capitis deminutio eſt, cùm ciuitas quidem amittitur, libertas uerò retinetur. quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit: uel ei, qui in inſulam deportatus eſt. Minima capitis deminutio eſt, cùm † ciuitas retinetur & libertas, ſed ſtatus hominis commutatur. quod accidit ijs, qui cùm ſui iuris fuerint, cœperunt alieno iuri ſubiecti eſſe: uel contrà ueluti ſi filiusfamiliàs à patre emancipatus fuerit eſt capite deminutus †. Seruus autem manumiſſus, capite non minuitur: quia nullum caput habuit. Quibus autem dignitas magis quàm ſtatus permutatur: capite non minuuntur. & ideo à ſenatu motos capite non minui conſtat.*

†circa — †& — † capitis deminutio.

A R G V M.

Cognationis ciuiles effectus non minima. ſed media, aut maxima capitis deminutione tolluntur.

*Non ab re dixi (ciuiles effectus) quoniam ſanguinis iura, nullo iure ciuili dirimi

rimi poſſunt .l.iura ſanguinis.D de regu. iur.ubi Alber. de Roſa .& .l.uis ſanguinis. D.de pact.

Quod autem dictum eſt, manere cognationis ius etiam poſt capitis deminutionem, hoc ita eſt, ſi minima capitis deminutio interueniat. manet enim cognatio. nam ſi maxima capitis deminutio interueniat, †ius quoque cognationis perit, ut puta ſeruitute alicuius cognati: & ne quidē ſi manumiſſus fuerit, recipit cognationem. Sed & ſi in inſulā quis deportatus ſit, cognatio ſoluitur. Quum autem ad adgnatos tutela pertineat, non ſimul ad omnes pertinet, ſed ad eos tātùm, qui proximiore†gradu ſunt: uel ſi plures einſdē gradus ſunt, ad omnes pertinent. ueluti ſi plures fratres ſunt, qui unum gradum obtinent, pariter ad tutelam uocantur.

† incurrat,

† proximiores

De legitima patronorum tutela.

TITV. XVII.

ARGVM.

Patroni ad libertorum tutelam ex ſententia legis duodecim tabularum uocantur, cùm ipſi inteſtatis libertis ſuccedant: unde par eſt, ut is onus tutelæ ſubeat, ad quem hæreditatis emolumentum pertinet.

*EX eadem lege duodecim*tabularum, libertorum, & libertarū tutela ad patronos, liberosq; eorum pertinet, quæ & ipſa legitima tutela uocatur: nō quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur, ſed quia perinde accepta eſt per interpretationē, ac ſi uerbis legis introducta eſſet. Eo enim ipſo quòd hæreditates libertorum, libertarumq; ſi inteſtati deceſſiſſent, iuſſerat lex ad patronos, liberosve eorum*

*Vide in eandem l. ueterē iuriſp. Prac. lib. 3. l. 36.

rum pertinere: crediderunt ueteres uoluiſſe legem etiam tutelas ad eos pertinere: cùm & adgnatos, quos ad hæreditatem lex uocat, eoſdem & tutores eſſe iuſſerit: qui a plerunque ubi ſucceßionis eſt emolumentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet. Ideo autem diximus plerunque: quia ſi à fœmina impubes manumittatur, ipſa ad hæreditatem uocatur, quum alius ſit tutor.

De legitima perentum tutela.

TIT. XVIII.

*ex.l.3.§ fin.D. de lege tut. † uel D.

*Exemplo*patronorum recepta eſt, & alia tutela, quæ & ipſa legitima uocatur. nõ ſi quis filium aut filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & † deinceps impuberes emancipauerit, legitimus eorum tutor erit.*

De fiduciaria tutela.

TIT. XIX.

ARGVM.

Pater uigeſimum quintum ſuperans annum filij ſui ab auo emancipati, poſt aui mortem fiduciarius eſt tutor: item frater, emancipati fratris: filius uerò mortui patroni, legitimus tutor erit liberti impuberis.

† *parens* *ex.l.quo defuncto.D.de leg. tut. † *pfectæ ætatis ſororis, &*

Eſt & alia tutela, quæ fiduciaria appellatur. nam ſi pater † filium, uel filiam, nepotem, uel neptem, uel deinceps impuberes manumiſerit: legitimam nanciſcitur eorum tutelam. Quo defuncto, ſi liberi eius uirilis ſexus, † exiſtant, fiduciarij tutores † filiorum ſuorum, uel fratris, uel ſororis, & cæterorum efficiuntur. Atqui patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque eius legitimi ſunt tutores · quoniã filius quidem defuncti, ſi non eſſet à uiuo patre,*

emancipatus, poſt obitum eius ſui iuris efficeretur, nec in fratrum poteſtatem recideret, ideoq; nec in tutelam. Libertus autem, ſi ſeruus† manſiſſet, utique eodem iure apud liberos domini poſt mortem eius futurus eſſet. Ita tamen hi ad tutelam uocantur, ſi perfectæ ſint ætatis, quod noſtra conſtitutio in omnibus tutelis & curationibus obſeruari generaliter præcepit.*

† *manumiſſus nõ fuiſſet.*

*l.fi.C.de leg. tut.

De Attiliano tutore, & eo, qui ex lege Iulia,† & Titia dabatur.

† *Atilia*

TITVLVS XX.

ARGVM.

Ceſſante teſtamentaria & legitima tutela, locus eſt datiuæ, id eſt à iudice dandæ.

SI cui nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur in urbe quidem à Prætore† urbano, & maiore parte Tribunorum plebis* tutor ex lege Attilia: in prouinciis uerò à præſidibus prouinciarum ex lege Iulia, & Titia.

† *Romano.*

*Vide Liuium lib. 39.

ARGVM.

Suſpenſo exercitio teſtamentarii tutoris, propter impedimentum, quod ex ipſo teſtamẽto, uel aliunde prouenie bat, interim datiuus tutor creabatur, cuius officium, ſublato impedimento, expirabat.

Sed & ſi in teſtamento tutor ſub conditione, aut ex die certo datus fuerat, quandiu conditio, aut dies pendebat, ex eiſdem legibus tutor alius interim dari poterat. Item ſi purè datus fuerat: quandiu ex teſtamento nemo hæres exiſtebat, tandiu ex eiſdem legibus tutor petendus erat: qui deſinebat eſſe tutor, ſi conditio extiterat, aut dies uenerat, aut hæres extiterat. Ab hoſtibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur: qui deſinebat eſſe tutor, ſi is, qui*

*Huc pertinet l. ſi quis ſub. D. de teſtam. tut.

*captus erat, in ciuitatem reuerſus fuerat. nam reuerſus recipiebat tutelam iure poſtliminij. Sed ex his legibus tutores pupillis deſierunt dari, poſtea quàm primo Conſules * pupillis utriuſq; ſexus tutores ex inquiſitione dare cœperunt, deinde Prætores ex cōſtitutionibus. Nam ſupradictis legibus neq; de cautione à tutoribus exigēda, rem ſaluam pupillis fore; neq; de cōpellendis tutoribus ad tutelæ adminiſtrationē, quidquam cauebatur. Sed hoc iure utimur, * ut Romæ quidem præfectus urbi, uel Prætor ſecundum ſuam iuriſdictionem: in prouincijs autem Præſides ex inquiſitione tutores crearent, uel magiſtratus † iuſſu Præſidum, ſi non ſint magnæ pupilli facultates.*

*Ex l. i. D. de confir. tut.

*Aug. lib. ſingul. ad H. Mode.

† *duūuiri*

ARGVM.

Iure nouo ſi pupilli facultates aureis quingētis non fuerint ampliores, à quocunq; iudice unà cū ciuitatis epiſcopo tutor datur, cautione ab eodem præſtita, rem pupilli ſaluā fore: cuius cautionis periculum ad recipientem ſpectat.

*Nos autem per conſtitutionem noſtram huiuſmodi difficultates * hominum reſecantes, nec expectata iuſſione præſidum, diſpoſuimus, ſi facultates † pupilli uel adulti uſque ad quingentos ſolidos ualeant: † defenſores ciuitatum † unà cum eiuſdem ciuitatis religioſiſſimo antiſtite, uel alias publicas perſonas, id eſt magiſtratus, uel iuridicum Alexandrinæ ciuitatis, tutores uel curatores creare: legitima cautela ſecundū eiuſdem conſtitutionis normam præſtanda, uidelicet eorum periculo, qui eam accipiunt. Impuberes autem in tutela eſſe naturali iure conueniens eſt: ut is, qui perfectæ ætatis non ſit, alterius tutela regatur.*

*omnino

† *facultas*

† *ualeat*

† *ciuitatis*

ARGVM.

ARGVM.

Tutela finita, adminiſtrationis ratio redditur nec antè conueniendus eſt tutor tutelæ iudicio quàm officium expirarit.

Quum ergo pupillorum pupillarumq́; tutores negotia gerant, poſt pubertatem, tutelæ iudicio rationem reddunt.

De auctoritate tutorum.

TIT. XXI.

ARGVM.

Pupillus etiam ſine tutoris auctoritate conditionem ſuam meliorem facere poteſt, deteriorem non poteſt: quo fit, ut in contractibus ultro citroque obligatoriis contrahentem ſibi obliget, ipſe autem illi non obligetur.

AVctoritas autem tutoris in quibuſdã cauſis neceſſaria pupillis eſt, in quibuſdã non eſt neceſſaria, ut ecce ſi quid dari ſibi ſtipulentur: non eſt neceſſaria tutoris auctoritas, quòd ſi alijs promittant pupilli, neceſſaria eſt tutoris auctoritas. Namque placuit meliorem quidem conditionem† licere eis facere, etiam ſine tutoris auctoritate. deteriorem uerò, non aliter, quàm cum tutoris authoritate. Vnde in his cauſis, ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, ut in emptionibus, uenditionibus, locationibus, conductionibus, mãdatis, depoſitis ſi tutoris auctoritas, nõ interueniat, ipſi quidem, qui cum†his contrahunt, obligantur. at inuicem pupilli non obligantur. †ſuam †quibus

ARGVM.

Hæreditatem adire, bonorum poſſeſsionem petere, aut fideicommiſſariam hæreditatem ſuſcipere, non niſi cum tutoris auctoritate pupillus poteſt.

*Neque*tamen hæreditatem adire, neque bonorum poſſeſsionem petere, neque hæreditatem* *Aug. li. 3. cap. 7. Emend.

ex fideicommiſſo † *ſuſcipere aliter poſſunt, niſi tutoris auctoritate(quamuis illis lucroſa ſit)ne ullum damnum habeant.*

†ex S.C. Trebelliano recipere.

ARGVM.

Tutor præſens & in ipſo actu auctoritatem præſtare debet, poſt actum uerò, uel per epiſtolam interpoſita auctoritas, non ualet.

Tutor autem ſtatim in ipſo negocio præſens debet autor fieri, ſi hoc pupillo prodeſſe exiſtimauerit. Poſt tempus uerò, uel per epiſtolam aut per nuntium interpoſita auctoritas, † *nihil agit.*

†Tutoris

ARGVM.

Tutor ſibi auctorari non poteſt, nemo enim in rem ſuam auctor fieri poteſt

Si inter tutorem pupillumque iudicio agendum ſit, quia ipſe tutor in rem ſuam auctor eſſe non poteſt ∴ non prætorius tutor (ut olim) conſtituitur, ſed curator in locum eius datur: quo curatore interueniente, iudicium peragitur: & eo peracto, curator eſſe deſinit.

Quibus modis tutela finitur.

TIT. XXII.

ARGVM.

Exploſo impudico antiquorū iudicio, tutela maſculi anno decimoquarto expleto finitur: fœminæ uero duodecimo.

PVpilli, pupillæq;, cum puberes eſſe cœperint, à tutela liberantur. Pubertatem autem ueteres quidem non ſolum ex annis, ſed etiam ex habitu corporis in maſculis æſtimari uolebant. Noſtra autem maieſtas dignum eſſe caſtitate noſtrorum temporum exiſtimans, bene putauit: quod in fœminis etiam antiquis impudicum eſſe uiſum eſt: id eſt, inſpectionem habitudinis corporis, hoc etiam in maſculos extendere. Et

*re.Et ideo noſtra ſancta conſtitutione*promulgata,pubertatē in maſculis poſt decimumquartum annum completum ilico initium accipere diſpoſuimus:antiquitatis normam† in fœminis bene poſitam, in ſuo ordine relinquentes, ut poſt duodecim annos† completos uiripotentes eſſe credantur.* * l. fi. C. quando. tut. eſſe defin. † *formã* †*duodecimum annum*

ARGVM.

Varios tutelę finiēdę modos, uſque ad tituli calcē uidere potes:quos breuiori cõpendio perſtringere,potius laborioſū quàm utile fuiſſet.

Item finitur tutela,ſi adrogati ſint adhuc impuberes,uel deportati:item ſi in ſeruitutem pupillus redigatur,uel ſi ab hoſtibus captus fuerit. Sed & ſi uſque ad certam conditionem datus ſit tutor teſtamento: æquè euenit:ut deſinat eſſe tutor exiſtente conditione. Simili modo finitur tutela morte,uel pupillorum,uel tutorum. Sed & capitis deminutione tutoris per quam libertas uel ciuitas amittitur,omnis tutela perit.

* Huius dicti ea eſt ratio: nam capitis minima deminutione tollitur adgnatio.

Minima autem capitis deminutione tutoris, ueluti ſi ſe in adoptionem dederit,legitimæ tantùm tutela perit:cæteræ non pereunt. Sed pupilli & pupillæ capitis deminutio,licet minima ſit omnes tutelas tollit. Præterea qui ad certum tēpus teſtamento dantur tutores, finito eo, deponunt tutelam. Deſinunt etiam†tutores eſſe, qui uel remouentur à tutela ob id,quòd ſuſpecti uiſi ſunt:uel qui ex iuſta cauſa ſe excuſant,& onus adminiſtrandæ tutelæ deponunt, ſecundùm ea, quæ inferiùs proponemus. † *autem*

De curatoribus.

TIT. XXIII.

ARGVM.

Adultis uſque ad annum uigeſimumquintũ curatores dantur, ab eiſdem magiſtratibus, à quibus & tutores teſtamento autem non rectè datur curator, datus tamen, à iudice confirmandus eſt: item uolenti, non etiam inuito (niſi in litem) curator dari poteſt.

MAſculi puberes, & fœminæ uiripotentes, uſque ad uiceſimumquintum annum completum curatores accipiũt: quia licet puberes ſint, adhuc tamen eius ætatis ſunt, ut ſua negotia tueri non poßint.

Datur autem curatores ab eiſdem magiſtratibus, à quibus & tutores. Sed curator teſtamẽto non datur: datus tamen confirmatur decreto prætoris, uel præſidis. Item inuiti adoleſcẽtes curatores non accipiunt, præterquàm in litem. curator enim & ad certam cauſam dari poteſt.

ARGVM.

Cura furioſi, & prodigi cuiuſuis ætatis, lege duodecim tabularum agnatis defertur: quibus deficiẽtibus, à iudice datur curator, reliquis itẽ maioribus uigintiquinque annis, qui in ea cauſa ſunt, ut rebus ſuis ſupereſſe nõ poſsint, æquè à iudice decernitur.

Furioſi quoque, & prodigi, licet maiores uigintiquinq; annis ſint tamen in curatione ſunt adgnatorum ex lege duodecim tabularum *Sed ſolent Romæ præfectus urbi uel Prætores, & in prouincijs Præſides ex inquiſitione eis curatores dare. Sed & mente captis, & ſurdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborãt (quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt) curatores dandi ſunt.*

*vide ue. Iuriſp. Prateii libr. 3. l. 27.

ARGVM.

Tutorem habenti licet tutor non detur, curator tamen quandoque datur: ut puta tutore nõ idoneo exiſtente, aut temporariam excuſationem habente.

Interdum

*Interdum * autem & pupilli curatores accipiunt, ut putà ſi legitimus tutor non ſit idoneus quoniam habenti tutorem tutor dari non poteſt. Item ſi teſtamento datus tutor, uel à prætore, aut præſide, idoneus non ſit ad adminiſtrationē, nec tamen fraudulenter negotia adminiſtret: ſolet ei curator adiungi. Item loco tutorum qui nō in perpetuum, ſed ad tempus à tutela excuſantur, ſolent curatores dari.* Aug. lib. fin. ad H. Modeſti.

ARGVM.

Tutore infirmitate aliave iuſta cauſa adminiſtrare impedito (ſi abſit pupillus, aut infans ſit, actor tutoris periculo, à iudice conſtituitur.

Quod ſi tutor uel aduerſa ualetudine, uel alia neceſſitate impediatur, quo minus negotia pupilli adminiſtrare poſſit, & pupillus uel abſit uel infans ſit, quē uelit actorem, periculo ipſius tutoris, Prætor uel qui prouinciæ præerit, decreto conſtituet.

De ſatiſdatione tutorum, uel curatorum.

TIT. XXIIII.

ARGVM.

Soli teſtamentarij tutores, & ex inquiſitione dati, immunes ſunt à ſatiſdando: cæteri uerò rē pupilli ſaluam fore ſatiſdare coguntur.

NE tamen pupillorum pupillarumve, & eorū, qui quæve in curatione ſunt, negotia à curatoribus tutoribuſve conſumātur, uel deminuātur: curet Prætor, ut & tutores, & curatores eo nomine ſatiſdent. Sed hoc nō eſt perpetuum. nam tutores teſtamento dati ſatiſdare non coguntur: quia fides eorum, & diligentia ab ipſo teſtatore adprobata eſt. Item ex quiſitione tutores uel curatores dati, ſatiſdatione non onerantur: quia idonei electi ſunt.

ARGVM.

Si quis ex pluribus teſtamentariis aut ex inquiſitione datis tutoribus ſadiſdationē offerat is ſolus adminiſtrat,ni alius etiam offerret, nullo autem ſatis offerente,is geret quem teſtator deſtinauit:quod ſi teſtamento ſcriptum non ſit electo à maiori parte datur adminiſtratio:ipſos autem inter ſe in electione diſsidentes, iubet Prætor concordes eſſe.

† &ſi *Sed † ſi ex teſtamento, uel inquiſitione duo pluresve dati fuerint, poteſt unus offerre ſatiſdationem de indemnitate pupilli uel adoleſcentis,& contutori ſuo uel concuratori præferri, ut ſolus adminiſtret:uel ut contutor,aut concurator ſatis offerens præponatur ei,ut & ipſe † ſolus adminiſtret. Itaque per ſe non poteſt petere ſatiſdationem † à contutore ſuo uel concuratore ſed offerre debet,ut electionem det concuratori uel contutori ſuo,utrum uelit ſatis accipere, an ſatiſdare. Quòd ſi nemo eorum ſatis offerat: ſi quidem adſcriptum fuerit à teſtatore,quis gerat:ille † gerere debet. Quòd ſi non fuerit adſcriptum, quem maior pars elegerit, ipſe gerere debet, ut edicto Prætoris cauetur. Sin autem ipſi tutores diſſenſerint circa eligendum eum, uel eos, qui gerere debent: Prætor partes ſuas interponere debet. Idem & in pluribus ex inquiſitione datis comprobandum † eſt: ideſt,ut maior pars eligere poſsit,per quem adminiſtratio fiat.*

† ut ipſe

† ſatis

† ſolus

† probandum

ARGVM.

Ob malam tutorum adminiſtrationem, ſubſidiaria actione tenetur magiſtratus, qui aut nullam,aut minus idoneam ſatiſdationem recepit: quæ actio etiam in hæredes magiſtratus extenditur.

Sciendum autem eſt, non ſolùm tutores uel curatores

curatores pupillis, uel adultis cæteriſq; perſonis ex adminiſtratione rerum teneri, ſed etiam in eos, qui ſatiſdationem accipiunt ſubſidiariã actionem eſſe, quæ ultimum eis præſidium poſſit adferre. Subſidiaria autem actio in eos datur, qui aut omnino à tutoribus, uel curatoribus ſatiſdari non curauerunt, aut nõ idoneè paſſi ſunt caueri. Quæ quidem tam ex prudentium reſponſis, quàm ex conſtitutionibus imperialibus* etiam in hæredes eorum extenditur. Quibus conſtitutionibus & illud exprimitur, ut niſi caueant tutores & curatores pignoribus captis, coerceantur. Neque autem præfectus urbi, neq; Prætor,* neq; Præſes prouinciæ, neq; quiſquã* alius, cui tutores dandi ius eſt, hac actione tenebitur: ſed hi tantummodo, qui ſatiſdationem exigere ſolent.*

*l. i. D. de ma. conue.
*l. 2. C. eo.
*Au. li. ſingul. ad Ho. Mod.
†quis

De excuſationibus tutorum uel curatorum.

TIT. XXV.

ARGVM.

Liberorũ numerus hic ſcriptus à tutelæ munere uacationem præſtat: adoptiui uerò liberi ita demum ad excuſationem proſunt, ſi à quopiam aſcendentium adoptati ſint: non etiam ſi ab extraneo. Item nepotes ex filio præmortuo proſunt.

EXcuſantur autẽ tutores & curatores uarijs ex cauſis: plerũque tamen †propter liberos, ſiue in poteſtate ſint, ſiue emancipati. Si enim tres liberos ſuperſtites Romæ quis habeat uel in Italia quatuor, uel in prouincijs quinque, à tutela, uel cura poteſt excuſari exẽplo cæterorũ munerũ. nam & tutelam & curam placuit munus eſſe. Sed adoptiui liberi non proſunt: in adoptionem autem dati, naturali patri pro-*

† autem
*l. 1. C. qui nume.

ſunt. Item nepotes ex filio proſunt, ut in locum patris ſui ſuccedant: ex filia non proſunt.

ARGVM.

Ita demum liberi à præfato munere immuni tatem præbent, ſi ſuperſtites fuerint, mortui ue rò non, ni glorioſè pro Republica in acie ceciderint.

Filij autem ſuperſtites tantùm ad tutelæ, uel curæ muneris excuſationem proſunt: defuncti autem non proſunt. Sed ſi in bello amiſsi ſunt, quæſitum eſt, an proſint. Et conſtat eos ſolos prodeſſe, qui in acie amittuntur. hi enim, qui pro Republica ciciderunt, in perpetuum per gloriam uiuere intelliguntur.

Item diuus Marcus in Semeſtribus conſtitutionibus reſcripſit, eũ qui res fiſci †adminiſtrat, à tutela uel cura, quandiu adminiſtrat, excuſari poſſe.

†aut publicas.

ARGVM.

Reipublicæ cauſa abſens, à tutela & cura re center delata excuſatur, ſuſceptã autem quandiu abeſt intermittit: regreſſus uerò, intermiſſæ onus ſtatim reaſſumit.

Item qui Reipublicæ cauſa abſunt, à tutela uel cura excuſantur. Sed & ſi fuerint tutores, uel curatores dati, deinde Reipublicæ cauſa abeſſe cœperint: à tutela uel cura excuſantur, quatenus Reipublicæ cauſa abſunt: & intereà curator loco eorum datur. qui ſi reuerſi fuerint recipiunt onus tutelæ. nam nec anni habent uacationem, ut Papinianus libro quinto Reſponſorum ſcripſit. nam hoc ſpatium habent ad nouas tutelas uocati.

ARGVM.

Publicã habens iuriſdictionem, à ſuſcipienda tutela excuſatur, ſuſceptã autem non deponit.

Et

Et qui poteſtatem aliquam habent, ſe excuſare poſſunt, ut diuus Marcus reſcripſit: ſed ſuſceptam † tutelam deſerere non poſſunt. *Item propter litem,*quam cum pupillo, uel adulto tutor uel curator habet, excuſari non†poteſt: niſi fortè de omnibus bonis, uel hæreditate controuerſia ſit.*

† ceptam

* l. propter. D. co.

†excuſare ſe nemo

A R G V M.

Tria tutelæ non adfectatæ onera ſeparatorũ patrimoniorum, quaudiu adminiſtrantur, immunitatem tribuunt.

Item tria onera tutelæ non adfectatæ, uel curæ, præſtant uacationem, quandiu adminiſtrantur. ut tamen plurium pupillorum tutela uel cura eorundem bonorum, ueluti fratrum, pro una computetur.*

*l. tria. D. co.

A R G V M.

Paupertas, infirmitas, & literarum imperitia ſimplicitati annexa, uacationem à munere tutelæ tribuunt.

*Sed & propter*paupertatem excuſationẽ tribui, tam diui fratres, quàm per ſe diuus Marcus reſcripſit, ſi quis imparem ſe oneri iniũcto poſſit docere. Item propter aduerſam ualetudinẽ, propter quam ne ſuis quidem negotijs intereſſe poteſt, excuſatio locum habet. Similiter eos, † qui literas neſciunt†, eſſe excuſandos, diuus Pius reſcripſit: quamuis & imperiti literarum poſſint ad adminiſtrationem negotiorum ſufficere.*

*l. paupertas. D. co.

† eum

† neſcit

Vide Dua. lib. 1. diſp. cap. 3.

A R G V M.

A capitali inimico tutor teſtamento datus, excuſatur. uidetur enim datus ut debitis impli cetur & negotiis inuoluatur.

Item ſi propter inimicitias aliquem teſtamento tutorem pater dederit, hoc ipſum præſtat ei excuſationem: ſicut per contrarium non excu

† excuſa bitur † promiſit † fuiſſet, ſantur † qui ſe tutelã adminiſtraturos patri pupillorum promiſerant. † Non eſſe autem admittendam excuſationem eius, qui hoc ſolo utitur, quod ignotus patri pupillorum ſit, † diui fratres reſcripſerunt. Inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum uel adultorum exercuit, ſi capitales fuerunt, nec reconciliatio interuenit, à tutela uel cura ſolent excuſare. Item is, qui ſtatus controuerſiam à pupillorum patre paſſus eſt, excuſatur à tutela.

ARGVM.

Septuagenarii inuiti non fiunt tutores, nec curatores: minores autem annis XXV. etiam uolentes non admittuntur, Rediculum enim eſt ut qui ſuis ſupereſſe non poteſt, alienis præficiatur negotiis.

† uel Item maior ſeptuaginta annis à tutela, † & cura ſe poteſt excuſare: minores autem uigintiquinque annis, olim quidem excuſabantur: noſtra autem conſtitutione* prohibentur ad tutelam, uel curam adſpirare, adeò, ut nec excuſatione opus ſit. Qua conſtitutione cauetur, ut nec pupillus ad legitimam tutelam uocetur, nec adultus: quum † ſit inciuile eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur, & ab † alijs reguntur aliorum tutelam, uel curam ſubire. Idẽ & in milite obſeruandum eſt, ut nec uolens ad tutelæ onus admittatur. Item Romæ grammatici, rhetores, & medici, & qui in patria ſua has artes exercent, & intra numerum ſunt, à tutela, & cura habent uacationem.

*l. ſi C. de legit. tut. † erat † ſub

ARGVM.

Plures uacationis cauſas habens, ſi in quarundam probatione defecerit. aliis intra præſcriptum à lege tempus vti non prohibetur.

Qui autem uult ſe excuſare, ſi plures habeat

beat excuſationes, & de quibuſdam non probauerit alijs uti intra tempora conſtituta † non prohibetur. † excuſationum

ARGVM.

Qui ſe à tutela immunem dicere uult, ſi intra centum milliaria à loco in quo tutor deſtinatur conſtitutus ſit, excuſationis cauſas intra dies quinquaginta continuos, ex quo nouit ſe tutorem, proponat: qui uerò ſupra centum diſtat, pro ſingulis uiginti millibus unam diem habet: & extra hos, dies triginta, ſic tamen ut collectis omnibus non minus ſint quàm quinquaginta dies.

Qui autem excuſare ſe uolunt, non appellant, ſed intra quinquaginta dies continuos ex quo cognouerint ſe eſſe tutores, uel curatores datos, ſe excuſare debent, cuiuſcunque generis ſint: ideſt qualitercunque dati fuerint tutores: ſi intra centeſimum lapidem ſunt ab eo loco, ubi tutores dati ſunt. Si uerò ultra centeſimum lapidem habitant, dimuneratione facta uiginti millium diurnorum, & amplius triginta dierum qui tamen (ut Scæuola dicebat) ſic debent computari, ne minus ſint, quàm quinquaginta dies.

ARGVM.

Tutor ſimpliciter datus totius patrimonii tutor eſt.

Datus autem tutor, ad uniuerſum patrimonium datus eſſe creditur.

ARGVM.

Cuius pupilli quis tutelam geſsit, eius curã ſubire non cogitur.

Qui tutelam alicuius geſſit, inuitus curator eiuſdem fieri non compellitur: in tantum, ut liceet paterfamilias, † qui teſtamento tutorem dedit, adiecerit ſe eundem curatorem dare, tamen inuitum eum curam ſuſcipere non cogendum † pater

dum, diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. *Idē reſcripſerunt*maritum uxori ſuæ curatorē datum excuſare ſe poſſe, licet ſe immiſceat. Si quis autem falſis *allegationibus excuſationē tutelæ meruerit, non eſt liberatus onere tutelæ.*

*l.4.C. eo. *l.j.C. ſi tut. uel curat.fal.

De ſuſpectis tutoribus uel curatoribus.

TIT. XXVI.

ARGVM.

Tutores ſuſpectia tutela remouendi ſunt, cuius rei cognitio magiſtratib. hic ſcriptis data eſt

*SCiendum eſt, ſuſpecti crimē ex lege duodecim Tabularum*deſcendere. Datū eſt autem ius remouendi tutores ſuſpectos Romæ pratori, & in prouincijs Præſidibus earum, & legato Proconſulis.*

* Videtur. iuriſprud. Prat.lib. 3.l.xxx.

ARGVM.

Suſpecti crimē aduerſus cuiuſcūque generis tutores intentari poteſt, patronus tamen tutor quaſi ſuſpectus remotus, infamiam nō incurrit.

Oſtendimus, qui poßint de ſuſpecto cognoſcere, nūc uideamus, qui ſuſpecti fieri poßint. Et poſſunt quidē omnes tutores fieri ſuſpecti, ſiue ſint teſtamentarij, ſiue non ſint, ſed alterius generis tutores. Quare & ſi legitimus fuerit tutor, accuſari poterit. Quid ſi patronus? Adhuc idem erit dicendū: dummodò meminerimus, famæ patroni parcēdum eſſe, licet ut ſuſpectus remotus fuerit.

ARGVM.

Suſpecti accuſatio quaſi publica eſt: ideſt, cuilibet de populo competens, uſque adeò, ut etiā mulieribus (modò pietate aut propenſo amore pupilli moueantur accuſare concedatur.

Conſequens eſt, ut uideamus, qui poßint ſuſpectos poſtulare. Et ſciendum eſt, quaſi publicā eſſe hanc accuſationem, hoc eſt: omnibus patere.

Qui-

Quinimo & mulieres admittuntur ex reſcripto diuorum Seueri & Antonini: ſed eæ ſolæ, quæ pietatis neceſſitudine ductæ, ad hoc procedũt: ut puta mater, nutrix quoque, & auia, poteſt & ſoror. Sed & ſi qua alia mulier fuerit, quam Prætor propenſa pietate † intellexerit, ſexus uerecundiam non egredietem, ſed pietate productã, non ſuſtinere † iniuriam pupillorum: admittet eam ad accuſationem. Impuberes non poſſunt tutores ſuos ſuſpectos poſtulare: puberes autem, curatores ſuos ex conſilio neceſſariorum ſuſpectos poſſunt arguere. & ita diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.*

† cuius pretor & penſam pietatem
† contineri
* huc pertinet l. pietatis C. eo.

ARGVM.

Qui mala fide in tutela uerſatur (tametſi diues ſit) ſuſpectus eſt. Et qui tutor deſignatus eſt, nec adhuc adminiſtrationem attigit, quaſi ſuſpectus remoueri poteſt.

Suſpectus autem eſt, qui non ex fide tutelã gerit, licet ſoluẽdo ſit, ut † iulianus quoque ſcripſit. Sed & antè quàm incipiat tutelam gerere tutor, poſſe eũ quaſi ſuſpectum remoueri, idẽ Iulianus ſcripſit. & ſecundum eum conſtitutum eſt.

† ut &

ARGVM.

Tutor ob dolum remotus, infamiam incurrit: ob culpam uerò integra fama à tutela abit.

Suſpectus autem remotus, ſiquidem ob dolum, famoſus eſt: ſi ob culpam, non æquè. †

ἐγτι.

ARGVM.

Accuſato de ſuſpecto, lite pendente interdicta eſt adminiſtratio, & ſuſpecti accuſatio morte expirat.

Si quis autem ſuſpectus poſtulatur, quoad cognitio finiatur: interdicitur ei adminiſtratio, vt Papiniano uiſum eſt. Sed ſi ſuſpecti cognitio ſuſcepta fuerit, poſteaque tutor uel curator deceſſerit: extinguitur ſuſpecti cognitio.

Argu.

ARGVM.

Latitante tutore ne pupillo alimenta decernantur, pupillus in poſeſſionem bonorũ illius mittitur, & quæ ſeruãdo ſeruari non poſſunt, dato curatore uẽdunt, ac ut pote ſuſpect⁹ remouet.

*Si quis tutor copiam ſui non faciat, ut alimẽta pupillo decernantur: cauetur epiſtola diuorum Seueri & Antonini: * ut in poſſeſſionem bonorũ eius pupillus mittatur: & quæ mora deteriora futura ſunt, dato curatore diſtrahi iubentur. Ergo ut ſuſpectus remoueri: poterit, qui non præſtat alimenta. Sed ſi quis præſens negat propter inopiam alimenta poſſe decerni: ſi hoc per mendaciũ dicat; remittendum eum eſſe ad præfectum urbi puniendem, placuit: ſicut ille remittitur, qui data pecunia miniſteriũ tutelæ adquiſierit, uel redemerit. Libertus * quoq; ſi fraudulenter tutelam filiorum uel nepotum patroni geſſiſſe probetur, ad præfectum urbi remittitur puniendus.*

*l.3.D.c.

*l.2.D.c.

ARGVM.

Oblatio ſatiſdationis de indemnitate facta à ſuſpecto tutore, nil ei prodeſt, quin à tutela remoueatur. uanum etenim eſt, ſe fragilitati cautionis committere.

Nouiſsimè autem ſciendum eſt, eos, qui fraudulenter tutelam adminiſtrant, etiam ſi ſatis offerant, remouendos eſſe à tutela: quia ſatiſdatio tutoris propoſitum maleuolum non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari facultatẽ præſtat. Suſpectum etiam † eum putamus, qui moribus talis eſt, ut ſuſpectus ſit. Enimuero tutor uel curator, quamuis pauper ſit, fidelis tamen & diligens remouendus non eſt quaſi ſuſpectus.

†enim

LIBRI PRIMI
FINIS.

INSTITVTIONVM, SEV ELEMENTORVM D. IVSTINIANI *Sacratiſſimi Principis.*

LIBER II.

De rerum diuiſione, & adquirendo ipſarum dominio.

TITVLVS I.

ARGVM.

Secundam iuriſprudentiæ partem, quæ eſt de rebus, pertractandam ſumit Imperator, & ſummam rerum diuiſionem adnectit.

SVPERIORE *libro de iure perſonarum expoſuimus: modò videamus de rebus, quæ uel in noſtro patrimonio, uel extra patrimonium noſtrum habentur. Quædam* * *enim naturali iure communia ſunt omnium, quædam publica, quædam uniuerſitatis, quædam nullius, pleraque ſingulorum, quæ ex uariis cauſis cuique adquiruntur, ſicut ex ſubiectis apparebit.*

*ex.l.2.D. de rer.diu.

ARGVM.

Quæ communia ſunt omnium, & quæ publica exemplis aperit.

Equidem naturali iure communia ſunt omnium

ἀέvvαcv *cxl.3.D. eod. †piſcandi cauſa †&

*nium hæc, aer, aqua profluens, † & mare, & per hoc littora maris. Nemo*igitur ad litus maris accedere prohibetur: † dum tamen à villis & monumẽtis, & ædificiis abſtineat: quia non ſunt iuris gentium ſicut eſt † mare. Flumina autem omnia, & portus, publica ſunt: ideoq; ius piſcandi omnibus commune eſt in portu, fluminibusq;. Eſt*autem littus maris, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit.*

*l.litus D.deuer. ſignifi.

ARGVM.

Riparum uſus publicus eſt, illarum uerò dominiũ ad eos pertinet, qui proximorum prædiorũ domini ſunt: litorum quoq; uſus quamuis publicus ſit, illorum tamen proprietas nullius eſt.

*l. riparũ D.eod. † applicare

*Riparum*quoque uſus publicus eſt iure gentium ſicut ipſius fluminis. Itaque naues ad eas adpellere, † funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberũ eſt: ſicut per ipſum flumen nauigare, ſed proprietas earum illorum eſt, quorum prædiis hærent: qua de cauſa arbores quoque in eiſdem natæ, eorundem ſunt. Littorum quoque uſus publicus eſt: & iuris gentium, ſicut & ipſius maris, & ob id cuilibet liberum eſt caſam ibi ponere, in quam ſe recipiat. ſicut retia ſiccare, & ex mari deducere. Proprietas autem eorũ poteſt intelligi nullius eſſe: ſed eiuſdem iuris eſſe, cuius & mare, & quæ ſubiacet mari, terra uel arena.*

ARGVM.

Quæ dicantur uniuerſitatis, & non ſingulorũ propria, & quæ in nullius bonis, exẽpiis docet.

* l.6.§.j. D.eo. † δημοσία λου-τρὰ ςοαὶ

Vniuerſitatis ſunt, non ſingulorum, quæ in ciuitatibus ſunt, theatra, ſtadia, & † his ſimilia, & ſi qua alia ſunt communia ciuitatum. Nullius autem ſunt res ſacræ, & religioſæ, & ſanctæ*

ſancta,quod enim diuini iuris eſt, id nullius in bonis eſt.

ARGVM.

Sacræ res (id eſt, Deo dicatæ) alienari nullatenus poſſunt, niſi redimẽdorũ captiuorũ gratia.

Sacræ res ſunt, quæ ritè per põtifices Deo conſecratæ Deo ſunt: ueluti ædes ſacræ, & donaria quæ rite ad monaſterium Dei dedicata ſunt: quæ etiam per nõſtram cõſtitutionem alienari, & obligari prohibuimus, excepta cauſa redemptionis captiuorum. Si quis autem auctoritate ſua quaſi ſacrum ſibi conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum. Locus autem, in quo ædes ſacræ ſunt ædificatæ: etiam diruto ædificio, ſacer adhuc manet, ut & Papinianus ſcripſit.†* * l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccle. *l. 1. D. de contrah. empt. †*reſpõdit*

ARGVM.

Religioſum locum quiuis propria auctoritate facere poteſt, mortuũ ſcilicet in proprium fundum inferendo, ideo ſocius communem fundũ inuito ſocio, religioſum non facit: nec proprietarius contradicente fructuario.

Religioſum locum unuſquiſque ſua uoluntate facit, dum mortuum infert in locum ſuum. In communem autem locum purum inuito ſocio inferre non licet. in commune* uero ſepulchrum, etiam inuitis cæteris, licet inferre. Item ſi alienus uſus fructus eſt, proprietarium placet, niſi conſentiente uſufructuario, locum religioſum non facere. In alienum locum conſentiente† domino licet inferre: & licet poſtea ratum non habuerit, quàm illatus eſt mortuus, tamen locus religioſus fit.* Aug. li. 1. cap. 3. * l. ſi plures. D. de re. ig. † *concedẽte*

*Adnota, ab Etymologia licitum arguere. l. 2. §. appellata. ubi Bart. in primo not. D. de reb. cred.

Sancta quoque res, ueluti muri, & portæ ciuitatis* * l. 1. D. c.

*ciuitatis, quodãmodo diuini iuris ſunt, & ideo nullius in bonis ſunt. Ideo autem muros ſanctos dicimus, quia pœna capitis conſtituta eſt in eos, qui aliquid in muros deliquerint. * Ideo & legum eas partes, quibus pœnas conſtituimus aduerſus eos, qui contra leges fecerint, ſanctiones vocamus.*

*l.ſ.D.c.

A R G V M.

Hic ex ordiũ ſumit poſtrema pars diuiſionis rerum, quæ per uniuerſum hũc ſecundum librũ, & eo amplius diffunditur. Rerũ dominia ſingulis hominibus aut iure naturali, aut iure ciuili adquiruntur quibus igitur modis res fiant noſtræ naturali iure tradere incipit.

Singulorum autem hominum multis modis res fiunt. quarundam enim rerum dominiũ nanciſcimur iure naturali, quod (ſicut diximus) appellatur ius gentium: quarundam verò iure ciuili. Commodius eſt itaque à uetuſtiore iure incipere. palàm eſt autem uetuſtius eſſe ius naturale, quod cum ipſo genere humano rerum natura prodidit. ciuilia autem †iura tunc eſſe cœperunt cùm & ciuitates condi, & magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt.

†*enim*

A R G V M.

Horum quæ ſubiiciuntur dominia præoccupandi iure gentium conceduntur. Et in alieno aucupata fera occupanti quæritur.

*Adnotato, alienum fundum, domino reluctante ingredi nemini licere. l. Diuus D. de ſeruit. ruſt. præd.

Feræ igitur beſtiæ, & uolucres, & piſces, & omnia animalia, quæ mari, cœlo, & terra naſcuntur, ſimulatque ab aliquo capta fuerint, iure gentium ſtatim illius eſſe incipiũt, quod enim antè nullius eſt, id naturali ratione occupanti conce-*

*l.3.D. de acq.rer. dom.

conceditur: nec intereſt, feras beſtias, & uolucres utrum in ſuo fundo quis capiat, an in alieno. Planè qui alienum fundum ingreditur venandi, aut aucupandi gratia, poteſt a domino ſi is præuiderit, prohiberi, † ne ingrediatur. Quidquid autem eorum ceperis, eouſque tuũ eſſe intelligitur, donec tua cuſtodia coercetur. Cùm verò tuam euaſerit cuſtodiam, & in libertatem naturalem ſeſe receperit, tuum eſſe definit, & rurſus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cùm uel oculos tuos effugerit, uel ita ſit in conſpectu tuo, ut difficilis ſit eius perſecutio.* † iure | * l. naturalẽ. D. cod.

* Annotato uulgatum prouerbium, multa cadunt inter calicem ſupremaque labra.

Illud quæſitum eſt, an ſi fera beſtia ita uulnerata ſit, ut capi poſſit, ſtatim tua eſſe intelligatur. Et quibuſdam † placuit, ſtatim eſſe tuam: & eouſque tuam uideri, donec eam perſequaris. quod ſi deſieris perſequi deſinere eſſe tuam, & rurſus fieri occupantis. Alij uerò putauerunt, non aliter tuam eſſe, quàm ſi eam ceperis. Sed poſteriorem ſententiam nos confirmamus, quòd †multa accidere ſoleant, vt eam non capias.* * d. l. naturalẽ. §. 1. | † Trebatio | † quia

* Adnota, apes etiam in aliena arbore exiſtentes, præoccupantis fiunt: fauosque & mel inde eximere, cuilibet fas eſt, item apes ex apiario euolantes (ſi difficilis illatum ſit perſecutio) capienti acquiruntur.

Apium quoque fera natura eſt. Itaque apes, quæ in arbore tua conſederint, antequam à te alueo includantur, non magis tuæ intelliguntur eſſe, quàm volucres, quæ in arbore tua nidum* * d. l. naturalem. §. apum.

*dum fecerint. ideoq; ſi alius eas incluſerit: is earum dominus erit. Fauos quoque, ſi quos effecerint, eximere † quilibet poteſt. Planè integra re, ſi præuideris ingredientem fundum tuum poteris eum iure prohibere, ne ingrediatur. Examen quoque, quod ex alueo tuo euolauerit, eouſque intelligitur eſſe tuum, donec in conſpectu tuo eſt, nec difficilis perſecutio eius eſt: alioquin occupantis fit. Pauonum * quoque, & columbarum fera natura eſt, nec ad rem pertinet, quòd ex conſuetudine euolare, & reuolare ſolent. nam & apes idem faciunt, quarum conſtat feram eſſe naturam. ceruos quoque quidam ita manſuetos habent, ut in ſyluam ire, & redire † ſoleant: quorum & ipſorum feram eſſe naturam nemo negat. In iis autem animalibus, quæ ex conſuetudine abire, & redire ſolent, talis regula comprobata eſt: ut eouſque tua eſſe intelligantur, donec animum reuertẽdi habeant. nam ſi reuertendi animum habere deſierint, etiam tua eſſe deſinunt, & fiunt occupantium. Reuertendi autem animum videntur deſinere habere tunc, cùm reuertendi conſuetudinem deſeruerint.*

† ſine furto poſſidere

*d.l.§.pauonum.

†eant, et redeant Th.et D.

*Illud adnota, Etiam in re modica, & exigui pretii furtum fieri. tex.hic.& l.naturalem.§ pe.D.eo.& Aug. hic & pro modico datur actio. l.ſi proprietarius in fine princ.D.de damn.infect. Et ſic de modicis curatur c.ſi proponente.ubi Panor. Felin. & nouiſſimi Pontificij extra de reſcript. Hinc& Græcorum ſenarius, E'ιμὴ φυλάσσεις μικρὰ ἀπολεῖς τὰ μείζονα.

Gallinarum autem, & anſerum non eſt fera natura, idq; ex eo poſſumus intelligere, quòd

aliæ

*aliæ ſunt gallinæ, quas feras uocamus: item alij ſunt anſeres quos feros appellamus. Ideoq; ſi anſeres tui, aut gallinæ tuæ aliquo modo turbati, turbatæve euolauerint: licet conſpectum tuum effugerint: quocunque tamen loco ſint, tui, tuæve. eſſe intelliguntur: & qui lucrandi animo ea animalia detinet, furtum committere intelligitur. Item ea, quæ ex hoſtibus capimus, iure gentium ſtatim noſtra fiunt: adeò*quidem, ut liberi homines in ſeruitutem noſtram deducantur. qui tamen, ſi euaſerint noſtram poteſtatem, & ad ſuos reuerſi fuerint: priſtinum ſtatum †recipiunt. Item * lapilli, & gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inueniuntur, iure naturali ſtatim inuentoris fiunt. Item ea, quæ ex animalibus dominio tuo ſubiectis nata ſunt, eodem iure tibi acquiruntur.*

*d.l.§. fi. * l.adeò. D.eod.

†libertate.

*l.3.D.de rer.diuiſ.

ARGVM.

Quod per alluuionem (ideſt, paulatim, & latenti incremento) fundo noſtro adiicitur, noſtrũ fit: quod uerò impetu fluminis uicino prædio ademptum eſt, & noſtro acceſſit, uicini remanet: arbores autem quæ fundo noſtro adhæſerunt, & tandem radices egerunt, noſtræ fiunt.

*Præterea * quod per alluuionem agrò tuo flumen adiecit, iure gentium tibi adquiritur. Eſt autem alluuio incrementum latens. Per alluuionem autem id uidetur adijci, quod ita paulatim, adijcitur, ut intelligi non poſſit, †quantum quoquo temporis momento adiiciatur. Quòd ſi uis fluminis de tuo prædio partem aliquam detraxerit, & uicini prædio attulerit, palàm eſt eam tuam permanere. Planè ſi longiore tempoee fundo uicini tui hæſerit, arboreſq;, quas ſecum traxit, in eum fundum radi-*

*l.adeò.§ 1.D.eod.

† intelligere non poſſis.

ces egerint, ex eo tempore uidentur uicini fundo adquiſitæ eſſe.

ARGVM.

Inſula in medio fluminis emergens, eorũ fit qui ab utraque fluminis parte proximorũ ſunt prædiorum poſſeſſores, pro modo ſcilicet latitudinis (id eſt, frontis) cuiuſque prædii, quæ prope ripam eſt: at ſi in medio enata non ſit, proximiori ripæ modo præſcripto accedit: ſed ſi alicuius ager ad formam inſulæ à flumine redactus ſit, eius remanet, cuius fuit.

*ex. d.l. §.inſula. *Inſula, quæ* in mari †nata eſt (quod rarò accidit) occupantis fit. nullius enim eſſe creditur. At inſula in flumine nata (quod frequenter accidit (ſi quidem mediam partem fluminis tenet: communis eſt eorum, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident, pro modo ſcilicet latitudinis cuiuſque fundi, quæ † prope ripam ſit. Quòd ſi alteri parti proximior ſit, eorum eſt tantùm, qui ab ea parte prope ripam prædia poſſideant. Quòd ſi aliqua parte diuiſum ſit flumen, deinde infrà unitum, agrum alicuius in formam inſulæ redegerit: eiuſdem permanet is ager cuius & fuerat.*

† medio

† prædij D.

ARGVM.

Prior alueus à flumine derelictus: eorũ fit, qui prædia ſecundum ripam propiora habẽt, nouus uerò incipit publicus fieri: flumine autem in antiquum alueum reuerſo, nouus aluus derelictus eis accedet, qui iuxta ripam agros habent.

Quòd ſi naturali alueo in uniuerſum derelicto, ad aliam partem fluere cœperit, prior quidem alueus eorum eſt, qui prope ripam eius prædia poſſident, pro modo ſcilicet latitudinis cuiuſque agri, quæ prope ripam ſit. nouus autem alueus eius iuris eſſe incipit, cuius & ipſum flumen

men eſt, id eſt publicus †. *Quòd ſi poſt aliquod tempus ad priorem alueum reuerſum fuerit flumen rurſus nouus alueus eorum eſſe incipit, qui prope ripam eius prædia poſſident.* † publici iuris gentium.

A R G V M.

Ager impetu fluminis inundatus, non deſinit eius eſſe cuius fuerat.

Alia † *ſanè cauſa eſt, ſi cuius totus ager inundatus fuerit (neque enim inundatio fundi ſpeciem commutat) & ob id ſi receſſerit aqua, palàm eſt eum fundum eius manere, cuius & fuit.* † aliud eſt

A R G V M.

Cùm ex aliena materia noua ſpecies confecta eſt, refert an ad eandem materiam, & priſtina initia ſpecies reduci poſſit. an non poſſit: priore caſu, qui dominus eſt materiæ, idem quoque ſpeciei dominus erit: altero verò caſu, qui ſpeciem inducit, dominium nanciſcitur.

Quum ex * *aliena materia ſpecies aliqua facta ſit ab aliquo: quæri ſolet, quis eorum naturali ratione dominus ſit: utrum is, qui fecerit, an potius ille, qui materiæ dominus fuerit, ut ecce, ſi quis ex alienis, uuis, aut oliuis, aut ſpicis, uinum, aut oleum, aut frumentum fecerit: aut ex alieno auro, uel argento, uel ære uas aliquod fecerit, uel ex alieno uino, & melle mulſum miſcuerit: uel ex medicamentis alienis emplaſtrũ aut collyrium compoſuerit: uel ex aliena lana ueſtimentum fecerit: uel ex alienis tabulis nauẽ uel armarium, uel ſubſellia fabricauerit. Et poſt multam Sabinianorum, & Proculianorum ambiguitatem, placuit media ſententia exiſtimantium, ſi ea ſpecies ad priorem, & rudem materiam reduci poſſit: eum uideri dominum eſſe, qui materiæ dominus fuerit. ſi non poſſit reduci, eum potiùs intelligi dominum, qui fecerit.* *ex d. l. §. cum quis ex.

vt ecce, uas conſlatum poteſt ad rudem materiam† æris, uel argenti, uel auri reduci: uinum autem, uel oleum, aut frumentum, ad uuas, uel oliuas, uel ſpicas reuerti nō poteſt. at ne mulſum quidem ad uinum, & mel reſolui poteſt. Quod ſi partim ex ſua materia, partim ex aliena ſpeciem aliquam fecerit quis: ueluti ex ſuo uino & alieno melle mulſum miſcuerit, aut ex ſuis & alienis medicamentis emplaſtrum aut collyrium, aut ex ſua lana & aliena ueſtimentum fecerit: dubitandum non eſt, hoc caſu eum eſſe dominum, qui fecerit: quum non ſolum operam ſuam dederit, ſed & partem eiuſdem materiæ præſtiterit.

†maſſam

ARGVM.

Quod cuiuſque rei ornandę cauſa adhibetur, ut acceſsio principali cedit, etiam ſi pretioſius ſit, quàm ipſa res cui accedit.

Si tamen alienam purpuram ueſtimento ſuo quis intexuerit: licet pretioſior ſit purpura, tamen acceſsionis uice cedit ueſtimento: & qui dominus fuit purpuræ, aduerſus eum, qui ſubripuit habet furti actionem, & condictionem: ſiue ipſe ſit, qui ueſtimentum fecit, ſiue alius. nam extinctæ res, licet uendicari non poſsint, condici tamen à furibus, & quibuſque alijs poſſeſſoribus poſſunt.

ARGVM.

Materiarum confuſio, dominorum uoluntate aut fortuitò facta, eius quod ex confuſione factum eſt, communionem inducit: ſpecierum uerò commixtio, ita demum, ſi inuicem commiſcentium dominorum uoluntas acceſſerit.

*Si * duorum materia uoluntate dominorum confuſæ ſint, totum id corpus, quod ex confuſione fit, utriuſque commune eſt: ueluti ſi qui uina*

*ex d.l. §. uoluntas.

nina ſua confuderint, aut maſſas argenti, uel auri conflauerint. Sed & ſi diuerſæ materiæ ſint & ob id propria ſpecies facta ſit. fortè ex uino, & melle mulſum, aut ex auro & argento electrum, idem iuris eſt. nam & hoc caſu communem eſſe ſpeciem non dubitatur. Quòd ſi fortuitu, & non uoluntate dominorum confuſæ fuerint, uel eiuſdem generis materiæ, uel diuerſæ: idem iuris eſſe placuit. Quod ſi frumentum Titij frumento tuo miſtum fuerit, ſi quidem uoluntate ueſtra, commune eſt quia ſingula corpora, id eſt, ſingula grana, quæ cuiuſque propria fuerũt, conſenſu ueſtro communicata ſunt. Quòd ſi caſu id miſtum fuerit, uel Titius id miſcuerit ſine tua uoluntate, non uidetur commune eſſe: quia ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant. Sed nec magis iſtis caſibus commune fit frumentum, quàm grex intelligitur eſſe communis, ſi pecora Titij tuis pecoribus muſta fuerint. Sed ſi ab alterutro ueſtrum totum id frumentum retineatur, in rem quidem actio pro modo frumenti cuiuſque competit, arbitrio autem iudicis continetur, ut ipſe æſtimet, quale cuiuſque frumentum fuerit.**

*Plin. lib. 33. ca. 4.

*Vid Th. hic.

ARGVM.

Quod in ſuo alienove ſolo ædificatur, ſolo cedit: materiæ uerò dominium eius permanet, cuius & ante fuerat: niſi qui ſciens in alieno ędificauit: tunc enim (cum donaſſe uideatur) etiam diruto ędificio, materiam non uendicat.

Cùm * in ſuo ſolo aliquis ex aliena materia ædificauerit, ipſe intelligitur dominus ædificij: quia omne, quod ſolo inædificatur, ſolo cedit. Nec tamen ideo is, qui materiæ dominus fuerat, deſinit dominus eius eſſe: ſed tanti-

*ex d.l. §. cũ in ſuo

ſper neque uendicare eam poteſt, neque ad exhibendum de ea re agere, propter legem duodecim Tabularum, qua cauetur, ne quis tignum alienum ædibus ſuis iunctum, eximere cogatur. ſed duplum pro eo præſtet, per actionem, quæ uocatur de tigno iuncto. Appellatione* autem tigni omnis materia ſignificatur, ex qua ædificia fiunt. Quod ideo prouiſum eſt, ne ædificia reſcindi neceſſe ſit. Quòd ſi aliqua ex cauſa dirutum ſit ædificium, poterit materiæ dominus, ſi non fuerit duplum iam conſequutus, tunc eam uendicare, & ad exhibendum de ea re agere. Ex diuerſo, ſi quis in alieno ſolo ex ſua materia domum ædificauerit, illius fit domus, cuius & ſolum eſt. Sed hoc caſu materiæ dominus proprietatem eius amittit, quia uoluntate eius intelligitur eſſe alienata, utique ſi non ignorabat ſe in alieno ſolo ædificare. et ideo licet diruta ſit domus, materiam tamen uendicare non poteſt. Certè illud conſtat, ſi in poſſeſſione conſtituto ædificatore, ſoli dominus petat domum ſuam eſſe, nec ſoluat pretium materiæ, & mercedes fabrorum, poſſe eum per exceptionem doli mali repelli: utique ſi bonæ fidei poſſeſſor fuerit, qui ædificauit. Nam ſcienti alienum ſolum eſſe, poteſt obiici culpa, quòd ædificauerit temerè in eo ſolo, quòd intelligebat alienum eſſe.*

*quam refert Prateius lib. uer. Iuris pr. 3. l. 20

*l. tigni. D. d̃ uer. ſignifi.

ARGVM.

Plantata & ſata eius fiunt in cuius ſolo ſeruntur, aut plantantur: modò radices immiſerint: bona fide tamen alienum inſerens fundum, doli mali exceptione oppoſita ſumptus, ſi quos fecerit, conſequetur.

*ex. d. l. adeò. § ſi alienam.

Si Titius alienam plantam in ſolo ſuo poſuerit, ipſius erit. Et ex diuerſo ſi Titius ſuam plantam*

*plantam in Mæuij ſolo poſuerit, Mæuij planta erit: ſi modò utroque caſu radices egerit. antè enim quàm radices egerit, eius permanet, cuius fuerat. Adeo autem ex eo tempore, quo radices egerit planta, proprietas eius commutatur: ut ſi uicini arbor ita terrã Titij preſſerit, ut in eius fundum radices egerit, Titij effici arborem dicamus. ratio enim non permittit, ut alterius arbor eſſe intelligatur, quàm cuius in fundum radices egerit. Et ideò prope confinium arbor poſita, ſi etiam in uicini fundum radices egerit, communis fit. Qua ratione*autem plantæ, quæ terræ coaleſcunt, ſolo cedunt, eadem ratione frumenta quoque, quæ ſata ſunt, ſolo cedere intelliguntur. Cæterùm, ſicut is, qui in alieno ſolo ædificauit, ſi ab eo dominus petat ædificium, defendi poteſt per exceptionem doli mali, ſecundum ea, quæ diximus: ita eiuſdem exceptionis auxilio tutus eſſe poteſt is, qui alienum fundum ſua impenſa bona fide conſeuit.* *ex.l. qua ratione. D. eod.

ARGVM.

Scriptura, quantumuis pretioſa, cedit ſuppoſitę chartæ: tabula tamen picturę ſuperimpoſitę cedit.

*Literæ * quoque, licet aureæ ſint, perinde chartis membranisve cedunt, ac ſolo cedere ſolent, ea quæ inædificantur, aut inſeruntur: ideoq; ſi in chartis membraniſque tuis carmen, uel hiſtoriam, uel orationem Titius ſcripſerit, huius corporis non Titius, ſed tu dominus eſſe uideris. Sed ſi à Titio petas tuos libros, tuaſve membranas, nec impenſas ſcripturæ ſoluere paratus ſis, poterit ſe Titius defendere per exceptionem doli mali, utique ſi earum chartarum membranarumve poſſeſſionem bona fide nactus eſt. Si* * ex ea. l. §. literę.

quis in aliena tabula pinxerit, quidam putant tabulam picturæ cedere, & alijs uidetur picturam (qualiſcunque ſit) tabulæ cedere, ſed nobis uidetur melius eſſe, tabulam picturæ cedere. Ridiculum eſt enim picturā Apellis, uel Parrhaſij in acceſſionem uiliſſimæ tabulæ cedere. Vnde, ſi à domino tabulæ, imaginem poſſidente, is, qui pinxit, eam petat, nec ſoluat pretium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali ſubmoueri. At ſi is, qui pinxit, eam poſſideat, conſequens eſt, ut utilis actio domino tabulæ aduerſus eum detur, quo caſu ſi non ſoluat impenſam picturæ, poterit per exceptionem doli mali repelli: utique ſi bona fide poſſeſſor fuerit ille, qui picturam impoſuit. Illud enim palàm eſt, quod ſiue is, qui pinxit, ſubripuit tabulas, ſiue alius, competit domino tabularum furti actio.

ARGVM.

Titulo & bona fide alienum fundum poſſidens, perceptos fructus ſuos facit: malę fidei uerò poſſeſſor etiam conſumptos reſtituit.

Si quis autem à non domino, quem dominū eſſe crediderit, bona fide fundum emerit, uel ex donatione, aliave qualibet iuſta cauſa æquè bona fide acceperit, naturali ratione placuit fructus, quos percepit, eius eſſe pro cultura, & cura. Et ideò ſi poſteà dominus ſuperuenerit, & fundum uendicet, de fructibus ab eo conſumptis agere non poteſt. Ei uerò, qui alienum fundum ſciens poſſederit, non idem conceſſum eſt: itaque cum fundo etiam fructus, licet conſumpti ſint, cogitur reſtituere.

ARGVM.

Fructus à ſolo ſeparati fructuarii fiunt, non etiam pendentes: ideo nondum perceptos ad hæredes non transfert.

Is uerò ad quem uſuſfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quàm ſi ipſe eos perceperit. Et ideo licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis, deceſſerit, ad hæredes eius non pertinet, ſed domino proprietatis adquiruntur. Eadem ferè & de colono dicuntur. In pecudum fructu etiam fœtus eſt, ſicuti lac, pilus & lana. itaque agni, hœdi, & uituli & equuli, & ſuculi ſtatim naturali iure dominij fructuarij ſunt, partus uerò ancillæ in fructu non eſt: itaque ad dominum proprietatis pertinet. abſurdum enim uidebatur, hominẽ in fructu eſſe: quum omnes fructus rerum natura gratia hominis comparauerit. Sed ſi gregis uſumfructum quis habeat, in locum demortuorum capitum ex fœtu fructuarius ſubmittere debet (ut & Iuliano uiſum eſt) & in uinearum demortuarum uel arborum locum, alias debet ſubſtituere. rectè enim colere, & quaſi bonus paterfamilias uti debet. Theſauros* quos quis in loco † ſuo inuenerit, diuus Hadrianus naturalem æquitatem ſequutus, ei conceßit, qui eos inuenerit. Idemq́; ſtatuit, ſi quis in ſacro, aut religioſo loco fortuito caſu inuenerit. At ſi quis in alieno loco, non data ad hoc opera, ſed fortuitu inuenerit dimidiũ domino ſoli cõceßit, & dimidiũ inuentori. Et cõuenienter, ſi quis in Cæſaris loco inuenerit, dimidiũ inuẽtoris, et dimidiũ eſſe Cæſaris ſtatuit. cui cõueniẽs eſt, ut ſi quis in fiſcali loco, uel publico, uel ciuitatis ĩuenerit, dimidiũ ipſius eẽ debeat, et dimidiũ fiſci, uel ciuitatis*

*Ex. l. in pecudum D. de uſur.

*vide l. 1. de theſau. lib. 10. C.

†ſolo

A R G V M.

Rerum corporalium traditio à domino facta ex cauſa ad dominii tranſlationem idonea, accipientem dominum facit.

*l.9.§.hęc quoq; D. hoc titu. Per * *traditionem quoque iure naturali res nobis adquiruntur. nihil enim tam conueniens eſt naturali æquitati, quàm uoluntatem domini uolentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi. & ideò, cuiuſcunque generis ſit corporalis res tradi poteſt, & à domino tradita alienatur. Itaque ſtipendiaria quoque & tributaria prædia eodem modo alienantur. Vocantur autem ſtipendiaria & tributaria prædia, quæ in prouincijs ſunt, inter quæ, nec non & Italica* *l.i.C.de uſucapi. transf. *prædia, ex noſtra conſtitutione* nulla eſt differentia, ſed ſi quidem ex cauſa donationis, aut dotis, aut qualibet alia ex cauſa tradantur, ſine dubio traſnferuntur.*

ARGVM.

Ita demum traditione rei uenditæ emptor dominus efficitur, ſi aut pretium uenditori ſolutum ſit, aut aliter ſatis ei factum ſit, aut fides de pretio habita: & quod per alium facimus ipſi quoq; facere uidemur.

Venditæ uerò res & traditæ, non aliter emptori adquiruntur, quàm ſi is uenditori pretium ſoluerit, uel alio modo ei ſatisfecerit, ueluti ex *uox quā quām re ctè al eſt apđ The. *promiſſore aut pignore dato, quod * quanquam cauetur ex lege duodecim Tabularum, tamē recte dicitur & iure gentium id eſt, iure naturali id effici. Sed ſi is, qui uendidit, fidem emptoris ſequutus fuerit, dicendum eſt, ſtatim rem emptoris fieri. Nihil autem intereſt, utrùm ipſe dominus tradat alicui rem ſuam, an uoluntate eius alius, cui eius rei poſſeſſio promiſſa ſit. Qua ratione, ſi cui libera uniuerſorū negotiorum adminiſtratio permiſſa fuerit à domino, isq; ex his negotijs rem uendiderit, & tradiderit: facit eā accipientis.*

Argum.

ARGVM.

Qui rem ſuam iandudum alicui ex cauſa ad dominium minus idonea traditã:eidem poſtea iuſto titulo conceſſit,dominium ſine noua traditione tranſtulit.

Interdum etiam ſine traditione nuda uoluntas domini ſufficit ad rem transferendam uelu ti ſi rem, quam tibi aliquis commodauerit, aut locauerit, aut apud te depoſuerit poſteà aut uendiderit tibi aut donauerit, aut dotis nomine dederit. Quamuis enim ex ea cauſa tibi eam non tradiderit, eo tamen ipſo, quòd patitur tuã eſſe ſtatim tibi adquiritur proprietas, perinde ac ſi eo nomine tibi tradita fuiſſet. Item ſi qua merces in horreo depoſitas† uendiderit, ſimulatque claues horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem,* *Exd.l.9. §.interdum. † repoſitas.

ARGVM.

Etiam incertæ perſonæ fortuita à domino facta traditio dominium transfert: ideo miſſilia in uulgus iactata,& res pro derelicto habitæ,apprehendentis fiunt. Quæ autem pro derelicto habita dicantur,& quæ non ſubiicitur.

Hoc* *amplius, interdum & in certam perſonam collata uoluntas domini transfert rei proprietatem: ut ecce, prætores & conſules, cùm miſſilia iactant in uulgus, ignorant quid eorum quiſque ſit excepturus: & tamen quia uolunt, quod quiſque exceperit, eius eſſe: ſtatim eum dominum efficiunt. Qua ratione uerius eſſe uidetur, ſi rem pro derelicto à domino habitam occupauerit quis, ſtatim eum dominum effici. Pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abiecerit, ut id in numero rerum ſuarum eſſe noluit: ideoq; ſtatim dominos eius eſſe deſinit. Alia ſanè cauſa eſt earũ rerum, quæ in † tempeſtate* * ex ea.l. §.hoc autem. † maris.

leuandæ nauis cauſa eyciuntur: hæ enim domino rum permanent: quia palam eſt eas non eo animo eyci, quòd quis eas habere nolit, ſed quo magis cũ ipſa naui maris periculum effugiat. Qua de cauſa, ſi quis eas fluctibus expulſas, uel etiam in ipſo mari nactus, lucrandi animo abſtulerit, furtum committit. Nec longè uidetur diſcedere ab his, quæ de rheda currente non intelligentibus dominis cadunt.

De rebus corporalibus & incorporalibus.

TIT. II.

Hic tertia rerum diuiſio adnectitur.

*ex l. 1. §. ſi. D. de re. diuiſ.

*QVædam *præterea res corporales ſunt, quædam incorporales. Corporales hæ ſunt, quæ ſui natura tangi poſſunt: ueluti fundus, homo, ueſtis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. Incorporales autem ſunt, quæ tangi non poſſunt: qualia ſunt ea, quæ in iure conſiſtũt: ſicut hæreditas, uſusfructus uſus, & obligationes quoquo modo contractæ. Nec ad rem pertinet, quòd in hæreditate res corporales continentur. nam & fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales ſunt: & id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerunque corporale eſt: ueluti fundus homo, pecunia. nam ipſum ius hæreditatis, † & ipſum ius utendi fruẽdi, & ipſum ius obligationis incorporale eſt.*

Eodem numero ſunt iura prædiorum urbanorum, & ruſticorum, quæ etiam ſeruitutes uocantur.

De ſeruitutibus ruſticorum & vrbanorum prædiorum.

TITVLVS III.

ARGVM.

Seruitutum realium genera recenſet:quique conſtituantur docet.

SERVITVTVM SVMMVLA, Pardulpho Prateio I. C. Auguſtobuconiate auctore.

Seruitus quid.

Seruitutum genera.

Seruitutum natura.

Optima ratione à definitione exordiendum M.Cicero cenſuit: explicat enim quid ſit res,uel Fabio auctore. Seruitutem definit Bartolus in l.1.D.de ſeru.tit. gen. Seruitus, inquit, eſt ius prædio inhærens ipſius utilitatem reſpiciens, & alterius libertatē,ſeu ius diminuens. Hanc definitionem probat B.Cæpola in tract ſeruit.cap.2. probat & Alciat.l. quid aliud.D.de uerbo.ſign. Seruitutes in quatuor genera diducit glo.& eam ſequutus Bart. in dicta l.1.Earū tria genera adſignat B. Cæpola in trac.ſeruit.c. 1. quorum uerba huc non refero. Equidem à doctrina certiſsima Iuriſcon. Marciani in l.1.ſuprà cita. in duo genera ſeruitutes diſtribuentis diſcedere non audeo. Seruitutes,inquit,aut perſonarum ſunt:ut uſus, uſusfructus aut rerū, ut ſeruitutes ruſticorum, & urbanorum prædiorum. Nec mouent quæ adferunt glo. Bartolus, & Cæpola: quæ ex ſequentibus axiomatis dilui ſenties: atque ſeruitutū naturam deprehendens. 1 Perſonalis ſeruitus eſt,quando perſonæ conceditur,habito ſolius perſonæ reſpectu l Mela.§. quidam libertis. D. de alim.& cib.leg.l.pecoris D.de ſeruit.ruſt.præd. 2 Realis eſt, quando habetur reſpectus prædij dominantis,& prædio imponitur.l 1.D.de ſeruit. tit. gen. d.l. pecoris. 3 Ea eſt ſeruitutum urbanorum, & ruſticorum prædiorum natura,

ut non poſsint cedi, niſi quando ſeruiunt prædio dominanti l. ergo D. ruſtic. præd. ideoq́; prædijs, non perſonæ debentur. l. unus ex ſocijs. D eo.
4 *Omnia iura, ex quibus quid capimus, non poſſunt eſſe prædiales l. Lucius. D. eo. ideoq́; perſonales ſunt, ſeu quaſi.* 5 *Seruitus perſonalis morte eius, cui debetur finitur: realis eſt cõtinua & perpetua, habentq́; cauſas perpetuas, l. foramen. D. urba. prædio. quod accipiendum eſt aptitudine l. 1. D. de aqua quot. & æſtiva, & ita ex facto conſul us reſpondi. Tres ſunt ſeruitutis conſtituendæ modi, pactum, ſtipulatio, teſtamentum. §. fi. infrà ti proxi. Quibus autem modis amittãtur ſeruitutes, docet tract. Quemadmodũ ſeruitutes amittãtur. D. qui tract. lib. 2. Inſtit. tit. 3. deſideratur.* Ruſticorum* prædiorum iura† *ſunt hæc: iter, actus, uia, aquæ ductus. Iter, eſt ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi, uel uehiculum. Actus, eſt ius eundi ambulandi hominis, agendi iumentum, uel uehiculum. Itaque qui habet iter. actum non habet: ſed qui actũ habet, & iter habet, eoq́; uti poteſt etiã ſine iumento. Via, eſt ius eundi & agẽdi, & ambulandi hominis: nã & iter & actũ uia in ſe cõtinet. Aquæ ductus: eſt ius aquæ ducendæ per fundũ alienũ. Prædiorum urbanorum ſeruitutes ſunt hæ, quæ ædificijs inhærent. ideo urbanorum prædiorũ dictæ, quoniã ædificia omnia, urbana prædia appellamus. & ſi in uilla ædificata ſint. Item urbanorum prædiorum ſeruitutes ſunt, hæ ut uicinus onera uicini ſuſtineat: ut in parietẽm eius liceat uicino tignum immittere: ut ſtillicidium, uel flumen recipiat quis in ædes ſuas, uel in aream, uel in cloacam, uel non recipiat: & ne altius quis tollat ædes ſuas, ne luminibus*

* Ex. l. 1 D. ruſt. præd.
†ſeruitutes

minibus uicini officiat. Inter ruſticorum prædio rũ ſeruitutes quidã cõputari rectè putantaque hauſtum, pecoris ad aquã adpulſum, ius paſcendi, calcis, coquẽdæ, arenæ fodiendæ. Ideo autem hæ ſeruitutes prædiorum appellantur, quoniam ſine prædijs conſtitui non poſſunt. nemo enim poteſt ſeruitutem adquirere urbani uel ruſtici prædij, niſi qui habet prædium: nec quiſquam debere niſi qui prædiũ habet. Si quis uelit uicino aliquod ius cõſtituere: pactionibus atq; ſtipulationibus id efficere debet. Poteſt etiam teſtamento quis hæredem ſuum damnare, ne altiùs tollat ædes ſuas, ne luminibus ædiũ uicini officiat: uel ut patiatur eũ tignũ in parietẽ ſuum immittere ſtillicidiumve aduerſus eum habere: uel ut patiatur eum per fundum ire, agere, aquamve ex eo ducere.* * ex. l. 1. D. con. præd.

De uſufructu.

TITVLVS IIII.

ARGVM.

Vſufructus, ſeruitus eſt perſonalis, id eſt, à re perſonæ debita, definitur autem hic à Iuſtiniano, conſtituiturq; tam inter uiuos quam in vltima uoluntate. Item uſusfructus à proprietate ſeparatus eſt.

Vſusfructus, eſt ius alienis rebus utendi fruẽdi, ſalua rerũ ſubſtantia. Eſt autẽ † ius in corpore, quo ſublato, et ipſum tolli neceſſe eſt. Vſusfructus à proprietate ſeparationẽ recipit, idq; pluribus modis accidit. ut ecce, ſi* quis uſumfructum alicui legauerit: nã hæres nudam habet proprietatem, legatarius uerò uſumfructum. Et contra, ſi fundum legauerit, deducto uſufructu: legatarius nudam habet proprietatem, hæres uerò uſumfructum. Item alij*

* Ex. l. 1. D. eod.

† enim

* l. uſufructus. D. eodem.

uſumfructum

*uſumfructum, alij deducto eo, fundum legare poteſt. Sine teſtamento*verò ſi quis uelit uſum fructum alij conſtituere, pactionibus & ſtipulationibus id efficere debet.* †

*l.3. D.c.

†poteſt.

Ne tamen in uniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedente uſufructu, placuit certis modis extingui uſumfructum, & ad proprietatem reuerti.

ARGVM.

Vſumfructum in quibuſuis rebus conſtitui poſſe explorati iuris eſt, his ſolis exceptis, quæ uſu pereunt, quia ſalua non manet rei ſubſtantia, quaſi tamen uſusfructus in eis conſtituitur: quo caſu uſufructuarius cautionē domino præſtat(quæ loco proprietatis ſuccedit)de tanta pecunia aut rerum conſumptarum iuſta æſtimatione, vſufructu finito, reſtituenda.

*ex.d.l.3.

*Conſtituitur*autem uſusfructus non tantùm in fundo & ædibus, uerumetiam in ſeruis, & iumentis, & cæteris rebus, exceptis ijs, quæ ipſo uſu conſumuntur. Nam hæ res neque naturali ratione, neque ciuili recipiunt uſumfructum: quo in numero ſunt uinum, oleum, frumentum, ueſtimenta: quibus proxima eſt pecunia numerata. Nanque ipſo uſu aßidua permutatione quodammodo extinguitur. Sed utilitatis*cauſa ſenatus cenſuit, poſſe etiam earum rerū uſumfructum conſtitui: ut tamen eo nomine hæredi utiliter caueatur. Itaque ſi pecuniæ uſusfructus legatus ſit: ita datur legatario, ut eius fiat, & legatarius ſatiſdet hæredi, de tanta pecunia reſtituenda ſi morietur, aut capite minuetur. Cæteræ quoque res ita traduntur legatario, ut eius fiant: ſed æſtimatis his, ſatiſdatur, ut ſi moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia reſtituetur, quanti hæ fuerint æſtimatæ. Ergo ſenatus*

*ex.l.1.2.3.&.4.D. de uſufr. eár. rer. quæ uſu conſu.

natus non fecit quidem earum rerum uſumfructum (nec enim poterat) ſed per cautionẽ quaſi uſumfructum conſtituit.

ARGVM.

Habuiſti quibus modis, in quibusve rebus conſtituatur uſufructus: nunc accipe quibus modis finiatur.

Finitur autem uſusfructus morte uſufructuarij, & duabus capitis deminutionibus, maxima & media, & non utendo per modum & tempus: quæ omnia, noſtra ſtatuit conſtitutio. **Item finitur uſusfructus, ſi domino proprietatis ab uſufructuario cedatur (nam cedendo extraneo, nihil agitur) uel ex contrario, ſi uſufructuarius proprietatem rei adquiſierit: quæ res conſolidatio appellatur,* *l. corruptionem C. eod.

Eo amplius conſtat, ſi ædes incendio conſumptæ fuerint, uel etiam terræmotu, uel uitio ſuo corruerint, extingui uſumfructum, & ne areæ quidem uſumfructum deberi. Cùm autem finitus fuerit totus uſusfructus, reuertitur ſcilicet ad proprietatem, & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere poteſtatem.

De uſu & habitatione.

TIT. V.

ARGVM.

Hæc quoque ſeruitus uſus perſonalis eſt, id eſt, à re perſonæ debita: itidem dicito in habitationis ſeruitute: quid autẽ differat uſus ab uſufructu, aperit Iuſtinianus.

*Iſdem illis*modis, quibus uſusfructus conſtituitur, etiam nudus uſus conſtitui ſolet: iiſdemq; illis modis finitur, quibus & uſusfructus deſinit. Minus autẽ iuris eſt in uſu, quàm in uſufructu, nam is, qui fundi nudum habet* *l. 1. D. hoc titu.

uſum,

† πλέον οὐδὲν ἔ- χειν δύ- ναται. † quoque † in eis † habitet: † operis † ueluti

uſum, nihil ulterius habere intelligitur, † quàm ut oleribus, pomis, floribus, fœno ſtramentis, & lignis ad uſum quotidianum utatur: in † eoq; fundo hactenus ei morari licet, ut neque domino fundi moleſtus ſit, neque iis, per quos opera ruſtica fiunt, impedimẽto. nec ulli alij ius, quod habet, aut locare, aut uendere, aut gratis concedere poteſt: quum is, qui uſumfructum habet, poßit hæc omnia facere. Item *is, qui ædiũ uſum habet, hactenus † ius habere intelligitur, ut ipſe tantum in habitet. † nec hoc ius ad alium transferre poteſt, & uix receptum eſſe uidetur, ut hoſpitem ei recipere liceat: & cum uxore, liberisq; ſuis, item libertis, necnon perſonis alijs liberis, quibus non minus, quàm ſeruis utitur, habitandi ius habeat.* Et *conuenienter, ſi ad mulierem uſus ædium pertineat, cum marito ei habitare liceat.* Item *is, ad quem ſerui uſus pertinet, ipſe tantum opera †, atque miniſterio eius uti poteſt: ad alium uerò nullo modo ius ſuum transferre ei conceſſum eſt.* Idem *ſcilicet iuris eſt & in iumento. Sed & ſi pecorum uel † ouium uſus legatus ſit, neque lacte, neque agnis neque lana utetur uſuarius: quia ea in fructu ſunt.* Planè *ad ſtercorandum agrum ſuum pecoribus uti poteſt.*

ARGVM.

Anguſtior eſt ſeruitus uſus, quàm habitationis: nam cui habitatio data eſt, nõ tantùm inhabitandi ius habet, ſed etiam alteri locandi, & accommodandi, cui uerò uſus conceſſus fuit, ipſum ſolum uti oportet.

Sed ſi cui habitatio legata, ſiue aliquo modo conſtituta ſit, neque uſus uidetur, neque uſusfructus, ſed quaſi proprium aliquod ius: quanquam.

quam habitationem habentibus, propter rerum vtilitatem, ſecundum Marcelli *ſententiam noſtra deciſione *promulgata, permiſimus non ſolùm in ea degere, ſed etiam alijs locare.* Hæc de *ſeruitutibus, & vſufructu, & uſu, & habitatione dixiſſe ſufficiat. De hæreditatibus autem & obligationibus, ſuis locis proponemus:* Expoſuimus *ſummatim quibus modis iure gentium res acquiruntur: modò uideamus, quibus modis legitimo & ciuili iure adquiruntur.*

*l. cũ antiquitas. C.eod.

De uſuſcapionibus, & longi temporis præſcriptionibus.†

† *poſſeſſionibus.* & rectè. ut. j. eo.

TITV. VI.

ARGVM.

Qui bona fide rem à nõ domino emerit, alioue iuſto titulo habuerit, eã ſi mobilis ſit annis vbique tribus ſi immobilis, decennio inter pręſentes, & inter abſentes vicennio uſucapit.

Adnota, Inſtitutam uſuſcapionem ne rerum dominia diu in incerto maneant. l.j D.hoc.tit. & ut aliquis litium finis eſſet. l.j.in princ. D.pro ſuo.

IVre ciuili conſtitutum fuerat, ut qui bona fide ab eo, qui dominus non erat, cùm† crederet eum dominũ eſſe, rem emerit, uel ex donatione, aliave quauis iuſta cauſa acceperit, is eam rem ſi mobilis erat, anno ubiq; uno. ſi immobilis, biennio tantùm in Italico *ſolo uſucaperet, † ne rerũ dominia in incerto eſſent.* Et *cùm hoc placitum era, putantibus antiquioribus dominis ſufficere ad inquirendas res ſuas præfata tempora, nobis melior ſententia reſedit, ne domini maturius ſuis rebus defraudentur, neque certo loco beneficiũ hoc concludatur. & ideo conſtitutionẽ*ſuper hoc promulgauimus, qua cautum*

† *credidérit.*

† *uſucapiebat.*

*l.1.C.de uſuſcap. transfor.

tum eſt,ut res quidem mobiles per triennium, immobiles uerò per longi temporis, poſſeßionem (id eſt,inter præſentes decennio, inter abſentes uiginti annis) uſucapiantur. & his modis non ſolùm in Italia,ſed etiam in omni terra, quæ noſtro imperio gubernatur, dominia rerum iuſta cauſa poſſeßionis præcedente adquirantur. Sed aliquando etiam ſi maximè quis bona fide rem poſſederit:non tamen illi uſuſcapio ullo tẽpore procedit:ueluti ſi quis liberum hominem, uel rem ſacram,uel religioſam,uel ſeruum fugitiuum poßideat.

A R G V M.

Furti & uiolentiæ expulſiuæ uitium uſqueadeò re infigitur,ut furtiua res & ui poſſeſſa nec longi temporis curriculo,à quantumuis bonę fidei poſſeſſore uſucapi posſint,tãtũ abeſt vt ab ipſo fure aut uiolento occupatore uſucapiantur.

* vide ue. iuriſ.Prateii.lib.3. l.19.
† Atinia ex Gel.

Furtiuæ quoquo res,& quæ ui poſſeſſæ ſunt, nec ſi prædicto longo tempore bona fide poſſeſſæ fuerint, uſucapi poſſunt. nam furtiuarum rerum lex duodecim Tabularum, & lex Attilia † inhibent uſucapionem,ui poſſeſſarum, lex Iulia & Plautia. Quod autem dictum eſt furtiuarum & ui poſſeſſarum rerum uſuſcapionem per leges prohibitam eſſe:non eò pertinet, ut ne ipſe fur,quive per uim poßidet, uſucapere poßit (nam his alia ratione uſuſcapio non competit, quia ſcilicet mala fide poßident) ſed ne ullus alius:quamuis ab eis bona fide emerit, uel ex alia cauſa acceperit,uſucapiendi ius habeat. Vnde in rebus mobilibus non facilè procedit,ut bonæ fidei poſſeſſoribus uſuſcapio competat. Nam qui ſciens alienã rem uendiderit, uel ex alia cauſa tradiderit, furtũ eius committit.*

Argum.

ARGVM.

Rem alienam bona fide poſſeſſam, uitioque reali carentem ſi quis bona fide accipienti, ex cauſa ad dominium transferendum idonea tradiderit, tunc uſucapio procedit, licet in facto uel in iure tradens errauerit.

*Sed tamen id*aliquando aliter, ſe habet. nā ſi hæres rem defuncto commodatam, aut locatam, uel apud eum depoſitam, exiſtimās hæreditariam eſſe, bona fide accipienti uendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit: quin is, qui acceperit, uſucapere poſsit, dubium non eſt: quippe quum ea res in furti uitium non ceciderit. quum utique hæres, qui bona fide tanquam ſuam alienauerit, furtum nō committat. Item† ſi is, ad quem ancillæ uſusfructus pertinet, partum eius ſuum eſſe credens uendiderit, aut donauerit, furtum non committit, furtum enim ſine affectu furādi non committitur. Alijs quoque modis accidere poteſt, ut quis ſine uitio furti, rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat, ut à poſſeſſore uſucapiatur.* * ex.l.poteſt. D.e. † *aut ſi*

ARGVM.

Vacnæ poſſesſionis occupatór, ſi cuipiam bona fide accipienti ex iuſta cauſa eam tradiderit vſucapiendi conditionem transfert.

*Adnota, Furtum in rebus ſoli nequaquam cadere.l.quare ipſe D.eo.

*Quod autem ad eas res, quæ ſolo continentur, expedit, †ius ita procedit, ut ſi quis loci uacantis poſſeſsionem*propter abſentiam, aut negligentiam domini, aut quia ſine ſucceſſore deceſſerit, ſine ui nanciſcatur: quamuis ipſa mala fide poſsideat (quia intelligit ſe alienū fundum occupaſſe) tamen ſi alij bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa poſſeſsione res adquiri:* †*expeditius* *l. furtū. & ſequē. D.eo.

quia

quia neque furtiuum, neque ui poſſeſſum acceperit. Abolita eſt enim quorundam ueterum ſententia exiſtimantium etiam fundi, locive furtum fieri. Et eorum utilitati, qui res ſoli poſſident principalibus conſtitutionibus proſpicitur, ne cui longa, & indubitata poſſeſſio debeat auferri. Aliquando etiam furtiua uel ui poſſeſſa res uſucapi poteſt. ueluti ſi in domini poteſtatem reuerſa fuerit. tunc enim uitio rei purgato, procedit eius uſuſcapio. Res fiſci noſtri uſucapi non poteſt. Sed Papinianus ſcripſit, bonis uacantibus fiſco nondum nuntiatis, bonæ fidei emptorem traditam ſibi rem ex his bonis uſucapere poſſe: & ita diuus Pius, & diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.

ARGVM.

Non aliter res uſucapibilis eſt, niſi & uitio reali aut quaſi reali careat, & eius non ſit commercium interdictum

† uſucapiēdam.

Nouiſſimè ſciendum eſt, rem † talem eſſe debere, ut in ſe non habeat uitium, ut à bonæ fidei emptore uſucapi poſſit, uel qui ex alia iuſta cauſa poſſidet.

ARGVM.

Opinio ſeu credulitas tituli, uſucapionem non inducit.

ex.l.nunquā. D.

*Error*autem falſæ cauſæ uſuſcapionem non parit: ueluti ſi quis cùm nō emerit, emiſſe ſe exiſtimans, poſſideat: uel cùm ei donatum non fuerit, quaſi ex donatione poſſideat.*

ARGVM.

Bona fides in uſucapione ab exordio cōſideranda eſt: ideo defuncti bona fides, uniuerſalis ſucceſſoris malam fidem excuſat, continuatur enim defuncti poſſeſſio & ex contrario mala fides authoris, hæredi utcunque bonæ fidei obeſt. Item authoris tempora, ſingulari ſucceſſo-

ri ad

ri ad uſucapionem complendam accedunt, & continuautur.

*Diutina poſſeſſio, quæ prodeſſe cœperat defuncto, & hæredi, & bonorum poſſeſſori continuatur, licet ipſe ſciat prædiũ alienũ eſſe. Quod ſi ille initium iuſtum non habuit, hæredi & bonorum poſſeſſori, licet ignoranti poſſeſſio non prodeſt. Quod noſtra conſtitutio*ſimiliter & in uſucapionibus obſeruari conſtituit, ut tempora cõtinuentur. Inter uenditorem quoque & emptorem coniungi tempora, diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.* *l. 1. D. de uſucap. tranſfo.

ARGVM.

Alienam rem à fiſco quouis titulo idoneo habens, mox tutus eſt dominusq; fit, ius autem in re uel ad rem ſeſe habuiſſe confidentes intra quadriennium aduerſus fiſcum experiri debẽt.

*Edicto diui Marci cauetur, eum, qui à fiſco rem alienam emit, ſi poſt uenditionẽ quinquennium præterierit, poſſe dominũ rei exceptione† repellere. Conſtitutio*autem diuæ memoriæ Zenonis bene proſpexit ijs, qui à fiſco per uenditionem, aut donationem, uel alium titulum accipiũt aliquid: ut ipſi quidem ſecuri ſtatim fiant, & uictores exiſtant, ſiue experiantur, ſiue conueniantur. Aduerſus autem ſacratiſſimũ ærarium uſque ad quadriennium liceat ijs intendere, qui pro dominio uel hypotheca earum rerum, quæ alienatæ ſunt, putauerint ſibi quaſdam competere actiones. Noſtra autem diuina cõſtitutio,*quam nuper promulgauimus, etiam de ijs, qui à noſtra uel uenerabilis Auguſtæ domo aliquid acceperint, hæc ſtatuit, quæ in fiſcalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ conſtitutionis†continentur.*

†per exceptionem *l. 2. C. de quadriẽ. præſcr.

*l. fi. C. e. †Zenoniana cõſtitutione.

De

De donationibus.

TIT. VII.

ARGVM.

Donatio mortis cauſa dicitur, quæ ob mortis imminẽtis uel futuræ ſuſpicionem fit, quæ (ſemota ueteri dubitatione) inſtar legatorum ferè per omnia redacta eſt. Reuocatur autem donatoris conualeſcentia, & pœnitentia, item donatario præmoriente.

† τρόπος

† inter uiuos

*E St & aliud genus† adquiſitionis, donatio. Donationum autẽ duo ſunt genera: mortis cauſa & non mortis cauſa† Mortis cauſa donatio eſt, quæ propter mortis fit ſuſpicionẽ: cũ quis ità donat, ut ſi quid humanitus ei contigiſſet, haberet is, qui accepit ſin autẽ ſuperuixiſſet is, qui donauit reciperet: uel ſi eũ donationis pœnituiſſet: aut prior deceſſerit is, cui donatũ ſit. Hæ mortis cauſa donationes ad exemplũ legatorũ redactæ ſunt per omnia. nã cùm prudentibus ambiguũ fuerat, utrũ donationis, an legati inſtar eã obtinere oporteret, & utriuſque cauſæ quædam habebat inſignia, & alij ad aliud genus eam retrahebant, à nobis conſtitutum eſt, ut per omnia ferè legatis cõnumeretur, & ſic procedat, quemadmodum noſtra conſtitutio*eam formauit. Et in ſumma, mortis cauſâ donatio eſt, cùm magis ſe quis uelit habere, quàm eum: cui donat magisq; eum, cui donat, quàm hæredem ſuum. ſic & apud Homerum Telemachus donat Pireo:*

*l. fi. C. de don. cau. mort.

οδυσ ξ.

Τὸν καὶ Πείραιος πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπεν,
Τηλέμαχ' αἶψ' ὄτρυνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα γυναῖκας
Ὥς τοι δῶρ' ἀποπέμψω ἅ τοι Μενέλαος ἔδωκε.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα.
Πείραι', οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσαι τάδε ἔργα,
Εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι

Λά-

Δα'τρῃ κτείναντες πατρῶϊα παντα δάσον-
τες,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βϋλομ' ἐπαυρέμεν ἤ τι-
να τῶν δὲ,
Εἰ δὲ τι' ἐγὼ τύτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτ-
ἐύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώμα-
τα χαίρων. Hoc eſt, *

Hoc ſermone uirum Piræus commonet ultro, *vt uertit
Telemache ad noſtras famulas age, dirige ſedes A. Alc. li.
Vt tibi quæ dederat Menelaus dona reportent, 2. preter-
Ad quem Telemachus ſapiens ita farier orſus, miſſ.
Piræe, haud equidẽ hæc poſſũ dignoſcere facta:
Nanque proci ſi me ſpatioſa per atria furtim
Occidant, rapiantq́; ſibi patrimonia fortes,
His te malo frui donis quàm quemlibet horum.
Quòd ſi illos fato, merita & multauero morte,
Tum mihi gaudẽti referes dona omnia gaudẽs.

ARGVM.

Inter uiuos donatio eſt, quæ nulla mortis ſuſpicione fit, ſed ex puræ liberalitatis fontibus procedit: quę ſolo conſenſu perfecta, temere nõ reuocatur: egetq́; publica inſinuatione, ſi quingentorum aureorum ſummã prætergrediatur: in certis tamen caſibus etiam citra inſinuationem effectum ſortitur.

*Aliæ autem donationes ſunt, quæ ſine ulla mortis cogitatione fiunt, quas inter uiuos appellamus, quæ non omnino cõparantur legatis, quæ ſi fuerint perfectæ, temerè reuocari non poſſunt. Perficiuntur autem, cùm donator ſuam uoluntatem ſcriptis, aut ſine ſcriptis manifeſtauerit, *Et ad exemplum uenditionis, noſtra cõſtitutio eas etiam in ſe habere neceſſitatem traditionis* *l. ſi quis *uoluit: ut etiam ſi non tradantur habeant ple-* argentũ. *niſſimum, & perfectum robur, & traditionis* C. eõ.

neceſſitas

neceſsitas incubat donatori. Et cùm retro Principum diſpoſitiones inſinuari eas actis interuenientibus uolebant, ſi maiores fuerant ducentorum ſolidorum: conſtitutio noſtra eam quantitatem uſque ad quingentos ſolidos ampliauit, quam ſtare etiam ſine inſinuatione ſtatuit, ſed & quaſdam donationes inuenit, quæ penitus inſinuationem fieri minimè deſiderant, ſed in ſe pleniſſimam habent firmitatem. Alia inſuper multa ad uberiorem exitum donationum inuenimus: quæ omnia ex noſtris conſtitutionibus* quas ſuper his expoſuimus, colligenda ſunt. Sciendum eſt tamen quòd etſi pleniſſimæ ſint donationes, ſi tamen ingrati exiſtant homines, in quos beneficium collatum eſt: donatoribus per noſtram conſtitutionem* licentiam præſtitimus certis ex cauſis eas reuocare: ne illi, qui ſuas res in alios contulerint, ab his quandam patiantur iniuriam uel iacturam, ſecundum enumeratos in conſtitutione noſtra modos.*

*l. ſancimus. C. e.

*l. ſi. C. e.

*l. ſi. C. e.

A R G V M.

Propter nuptias donatio (quæ olim ante nuptias dicebatur) nõ ſolũ cõtracto matrimonio augeri poteſt, ſed etiã cõſtitui & initiũ ſumere.

Eſt & aliud genus inter uiuos donationis†, quod ueteribus quidem prudẽtibus penitus erat incognitum, poſteà autem à iunioribus diuis principibus introductum eſt, quod ante nuptias uocabatur: & tacitam in ſe conditionem habebat, ut tunc ratum † eſſet, cum matrimonium eſſet inſequutum. Ideoq; ante nuptias appellabatur, quòd ante matrimonium efficiebatur, & nunquam poſt nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidem diuus Iuſtinus pater noſter, cùm augeri dotes, & poſt nuptias

fuerat

† *donationum*,

† *fuerit*

ſuerat permiſſum: ſi quid tale eueniet, & † ante nuptias augeri donationem, & conſtante matrimonio, ſua conſtitutione permiſit, ſed tamen nomen inconueniens remanebat, cùm ante nuptias quidem uocabatur, poſt nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos pleniſſimo fini tradere ſanctiones cupientes; & conſequentia nomina rebus eſſe ſtudentes: conſtituimus ut tales donationes non augeantur tantùm, ſed etiã conſtante matrimonio initium accipiant: & non ante nuptias, ſed propter nuptias uocentur: & dotibus in hoc exequentur: ut quemadmodum dotes, conſtante matrimonio non ſolùm augentur, ſed etiam fiunt: ita & iſtæ donationes, quæ propter nuptias introductæ ſunt, non ſolùm antecedant matrimonium, ſed eo etiam contracto augeantur, & conſtituantur.* Erat* *olim & alius modus ciuilis adquiſitionis per ius adcreſcendi, quod eſt tale: Si communem ſeruum habens aliquis cum Titio, ſolus libertatem ei impoſuerit, uel uindicta, uel teſtamento: eo caſu pars eius amittebatur, & ſocio adcreſcebat. Sed cùm peſſimum fuerat exemplo, & libertate ſeruum defraudari, & ex ea humanioribus quidẽ dominis damnum inferri, ſæuioribus autem dominis lucrum accedere†: hoc quaſi inuidia plenum, pio rimedio per noſtram conſtitutionem* mederi neceſſarium duximus.*

† *eueneris etiam.*

*l. ſi. C. de dona. ante nupt.

* In uet exempla. dicit hic titulum e præponi *De manumiſſionibus.* Apellus.

† *accreſcere.*

l. 1. C. de cõ ſe. ma.

ARGVM.

Habes caſum, in quo contra iuris communis regulas quis inuitus rem ſuam uẽdere cogitur.

Et inuenimus uiam, per quam & manumiſſor, & ſocius eius; & qui libertatem accepit, noſtro beneficio fruantur; libertate cum effectu precedente (cuius fauore antiquos legumlato-

res multa etiam contra communes regulas ſtatuiſſe manifeſtum eſt) & eo, qui eam libertatẽ impoſuit, ſua liberalitatis ſtabilitate gaudente & ſocio indemni conſeruato, pretiumq́; ſerui ſecundum partem dominij, quod nos definiuimus, accipiente.

Quibus alienare licet, uel non.

TIT. VIII.

ARGVM.

Etiam uxoris accedente conſenſu, fundi dotalis alienatio & obligatio uiro (quamuis ciuili iure dotis dominus ſit) interdicta eſt.

Accidit aliquando, ut qui dominus rei ſit, alienare non poſsit: & contrà, qui dominus non ſit, alienandæ rei poteſtatem habeat. Nam dotale prædium, maritus inuita muliere per legem Iuliam prohibetur alienare, quamuis ipſius ſit dotis cauſa ei datum. quod nos, legem Iuliam corrigentes, in meliorem ſtatum deduximus. Cùm enim lex in ſolis tantummodò rebus locum habebat, quæ Italicæ fuerant: & alienationes inhibebat, quæ inuita muliere fiebant: hypothecas autem earum rerũ, etiam uolẽte ea, utrique remedium impoſuimus ut etiam in eas res, quæ in prouinciali ſolo poſitæ ſunt, interdicta ſit alienatio uel obligatio. ut neut'rum† eorum, neque conſentientibus mulieribus procedat, ne ſexus muliebris fragilitas in pernitiem ſubſtantiæ earum conuertatur.*

* l. vnica. C. de rei uxo. ac.

* *& neutrum*

ARGVM.

Pignus nõ ſolùm ex debitoris pactione à creditore diſtrahi poteſt, quamuis dominus nõ ſit, ſed etiam ſi nulla pactio de uẽdendo pignore interuenerit: modò iuris præſcripta forma ſeruetũ

Contrà autem creditor pignus ex pactione

quamui

quamuis eius ea res non ſit, alienare poteſt. Sed hoc forſitã ideo uidetur fieri, quòd uolũtate debitoris intelligitur pignus alienari, q̃ ab initio cõtractus pactus eſt, ut liceret creditori pignus uẽdere ſi pecunia non ſoluatur. Sed ne creditores ius ſuum perſequi impedirentur, neque debitores temere ſuarum rerum dominium amittere uiderentur: noſtra conſtitutione conſultum eſt, & certus modus impoſitus eſt, per quem pignorum diſtractio poßit procedere: cuius tenore utrique parti creditorum, & debitorum, ſatis, abundeq́; prouiſum eſt.* *l.fi.C.de iur.dom impe.

ARGVM.

Pupillo rerum ſuarum ſine tutoris auctoritate interdicta eſt alienatio: ideo mutuò datas pecunias, accipientis non facit, ſed aut extantes vendicat, aut bona fide conſumptas cõdicit aut ſi mala fide abſumptę ſint, de his exhibẽdis agit

Nunc admonendi ſumus, neque pupillum, neque pupillam, ullam rem ſine tutoris auctoritate alienare poſſe. Ideoq́; ſi mutuam pecuñiam ſine tutoris auctoritate alicui dederit, non contrahit obligationem: quia pecuniam non facit accipientis. Ideoq́; uindicari nummi poſſunt, ſicubi extant. Sed ſi nummi, quos mutuo minor dederit, ab eo, qui accepit, bona fide comſumpti ſunt: condici poſſunt: ſi mala fide, ad exhibendũ de his agi poteſt.* *l.pupill⁹ D. đ acq. rer.do.

ARGVM.

Solutione debiti facta pupillo, eiuſve tutori, ita demum debit r plenisſimam conſequitur liberationem, ſi id iudicis interueniente decreto fieri contigerit: quòd ſi ſoli pupillo ſolutũ ſit, & pecuniam adhuc ſaluam habeat, aut locupletior ex ea ſit, exceptionis ope liberatur: aliàs nõ liberatur.

*At ex contrario, omnes res pupillo & pupillæ ſine tutoris auctoritate rectè dari poſſunt. Ideoq; ſi debitor pupillo ſoluat, neceſſaria eſt debitori tutoris auctoritas: alioqui non liberabitur. Sed hoc etiam euidentiſſima ratione ſtatutum eſt conſtitutione, * quam ad Cæſarienſes aduocatos ex ſuggeſtione Triboniani uiri eminentiſſimi quæſtoris ſacri palatij noſtri promulgauimus: qua diſpoſitum eſt, ita licere tutori, uel curatori debitorem pupillarem ſoluere, ut prius iudicalis ſententia ſine omni damno celebrata, hoc permittat. quo ſubſequuto ſi & index pronuntiauerit, & debitor ſoluerit, ſequatur huiuſmodi ſolutionem pleniſſima ſecuritas. Sin autem aliter, quàm diſpoſuimus, ſolutio facta fuerit, pecuniam autem ſaluam habeat pupillus, aut ex ea locupletior ſit, & adhuc eandem pecuniæ ſummam petat, per exceptionem doli mali poterit ſubmoueri. Quòd ſi male conſumpſerit, aut furto, aut ui amiſerit, nihil proderit debitori doli mali exceptio, ſed nihilominus condemnabitur †: quia temere ſine tutoris auctoritate: & non ſecundum noſtram diſpoſitionem ſoluerit. Sed ex diuerſo, pupilli, uel pupillæ ſoluere ſine tutoris auctoritate non poſſunt quia id, quod ſoluunt, non fit accipientis: quum ſcilicet, nullius rei alienatio eis ſine tutoris auctoritate conceſſa ſit.*

*l. ſancimus. C. de adm. tut.

† *damnabitur:*

Per quas perſonas cuique adquiritur.

TIT. IX.

A*Dquiritur* * *nobis* † *non ſolùm per voſmetipſos, ſed etiam per eos, quos in poteſtate habetis: item per ſeruos, in quibus uſum*

*l acquirit. D. de aq. re. domin.

† *nobis.* T. ſic &. j.

† *habemus.*

uſumfructum habetis† : item per homines liberos, & per ſeruos alienos quos bona fide poßidetis, de quibus ſingulis diligentius diſpiciamus.

A R G V M.

Exploſa ueteri inhumanitate, hodie bonorũ aduentitiorum filij ſolus uſusfructus patri adquiritur profectitiorũ verò etiã ꝓprietas ꝗrit.

Igitur liberi ueſtri† utriuſque ſexus, quos in poteſtate habetis, olim quidem, quidquid ad eos peruenerat (exceptis uidelicet caſtrenſibus peculijs) hoc parentibus ſuis adquirebant ſine ulla distinctione & hoc ita parentũ fiebat, ut etiam eſſet eis licentia, quod per unum uel unam eorum adquiſitum eſſet, alij filio, uel extraneo donare, uel uendere, uel quocunque modo uoluerant, adplicare. Quod nobis inhumanum viſum eſt, & generali conſtitutione emiſſa, & liberis pepercimus, & parentibus honorem debitum reſeruauimus. Sancitum etenim à nobis eſt, ut ſi quid ex re patris ei obueniat, hoc ſecundum antiquam obſeruationem totum parenti adquiratur. Quae enim inuidia eſt, quod ex patris occaſione profectum eſt, hoc ad eũ reuerti? Quod autem ex alia cauſa ſibi filiusfamiliàs adquiſiuit, huius vſumfructum patri quidem adquirat, dominium autem apud eum remaneat: ne quod ei ſuis laboribus, vel proſpera fortuna acceſſerit, hoc in alium perueniens, luctuoſum ei procedat.*

† noſtri

*l. cum oportet C. d bo. quę lib.

A R G V M.

Pater filium emancipans dimidiã uſusfructus aduenientium filio, remunerationis cauſa conſequitur, quæ loco trientis dominii quem olim habebat, ſucceſsit

Hoc quoque à nobis diſpoſitum eſt, & in ea ſpecie, vbi parens emancipando liberos ſuos, ex

†effugiũt rebus, quæ adquiſitionem effugiebant, †ſibi tertiam partem retinere ſi uoluerat) licentiam ex anterioribus constitutionibus * habebat, quaſi pro pretio quodammodo emancipationis: & inhumanum quiddam accidebat, ut filius rerum ſuarum ex hac emancipatione dominio pro parte tertia difraudaretur]: & quod honoris ei ex emancipatione additum erat, † quòd ſui iuris effectus eſſet, hoc per rerum deminutionẽ decreſceret †. Ideoq; ſtatuimus, ut parens pro tertia parte dominij, *quam retinere poterat, dimidiã nõ dominij rerum, ſed uſusfructus retineat. Ita etenim res intactæ apud filium remanebunt, & pater ampliore ſumma fruetur, pro tertia dimidia potiturus. Item uobis adquiritur, quod ſerui ueſtri ex traditione nãciſcuntur: ſiue quid ſtipuletur [ſiue *ex donatione, uel ex legato] uel ex qualibet alia cauſa adquirant. Hoc enim uobis & ignorantibus & inuitis obuenit. Ipſe enim ſeruus qui in poteſtate alterius eſt, nihil ſuum habere poteſt. Sed ſi hæres inſtitutus ſit, nõ alias niſi ueſtro iuſſu hæreditatem adire poteſt. Et ſi uobis iubentibus adierit: uobis hæreditas adquiritur, perinde ac ſi uos ipſi hæredes inſtituti eſſetis. Et conuenienter ſcilicet uobis legatum per eos adquiritur. Non ſolum autẽ proprietas per eos, quos in poteſtate habetis, uobis adquiritur], ſed etiam poſſeſſio. Cuiuſcunque enim rei poſſeſſionem adepti fuerint, id uos poßidere uidemini. Vnde etiam per eos uſuſcapio † uel longi temporis poſſeßio uobis accidit.

[Marginal notes: *l. 1. & 2. C. de bo. mater. — †eſt, — † decreſcat. — *bonorũ. — *His notis ( ) ĩclusa abſunt D. & T. ſuntque gloſſemata. — †per eorũ longã poſſeßionem dominiũ acquiritur.]

ARGVM.

Alienus ſeruus, cuius uſumfructum habemus item is, quem bona fide poſsidemus, ſiue liber ſit, ſiue ſeruus, ſi quid ex re noſtra uel ſuis ope-

ris nanciſcatur, nobis adquiritur: quod uerò ex tra has cauſſas aſſequitur, uero domino aut ipſi libero homini quær tur.

*De ijs*autem ſeruis, in quibus tantummodò uſumfructum habetis, ita placuit: ut quicquid ex re ueſtra, uel ex operis ſuis adquirunt, id uobis adijciatur. quod uerò extra eas cauſas conſequuti ſunt: id ad dominum proprietatis pertineat. Itaque ſi is ſeruus hæres inſtitutus ſit, legatumve quid ei, aut donatum fuerit, non uſufructuario, ſed domino proprietatis adquiritur. Idem placet & de eo, qui à uobis bona fide poſſidetur: ſiue is liber ſit, ſiue alienus ſeruus. Quod enim placuit de uſufructuario, idem placet & de bonæ fidei poſſeſſore. Itaque quod extra iſtas duas cauſas adquiritur, id uel ad ipſum pertinet, ſi liber eſt: uel ad dominum, ſi ſeruus eſt. Sed bonæ fidei poſſeſſor cùm uſuceperit ſeruum (quia eo modo dominus fit) ex omnibus cauſis per eum ſibi adquirere poteſt. Fructuarius uerò vſucapere† non poteſt: primùm, quia non poßidet, ſed habet ius utendi fruendi: deinde, quia ſcit ſeruum alienum eſſe. Non ſolùm autem proprietas per eos ſeruos, in quibus uſumfructum habetis, uel quos bona fide poßidetis, aut per liberam perſonam, quæ bonæ fide uobis ſeruit, uobis adquiritur, ſed etiam poſſeßio. Loquimur autẽ in utriuſque perſonæ ſecundum diſtinctionem †, quam proximè expoſuimus: id eſt, ſi quam poſſeßionem ex re ueſtra, uel ex ſuis operis adeptiſ uerint.*

* ex. l. acquirũt. §. de iis D. ð acq. re. do.

† *ſeruum* D.

† *definitionem*

ARGVM.

Per prorſus extraneam perſonã (excepto procuratore, per quem poſſeſſio, dominium, & uſu capiendi conditio nobis quæritur) nil nobis adquiri poteſt.

Ex his itaque apparet, per liberos homines, quos neque veſtro iuri ſubiectos habetis, neque bona fide poſsidetis: item per alienos ſeruos, in quibus neque uſumfructum habetis, neque poſſeſsionem iuſtam nulla ex cauſſa uobis adquiri poſſe. Et hoc eſt, quod dicitur per extraneã perſonam nihil adquiri poſſe: excepto eo, quod per liberam perſonam (ueluti per procuratorem) placet non ſolum ſcientibus, ſed & ignorantibus vobis adquiri poſſeſsionem, ſecundum diui Seueri conſtitutionem: & per hanc poſſeſsionem etiã dominium, ſi dominus fuerit, qui tradidit: vel vſucapionem, aut longi temporis præſcriptionẽ, ſi dominus nõ ſit. Hactenus tantiſper admonuiſſe ſufficiat, quemadmodum ſingulæ res uobis adquirantur. nam legatorum ius, quo & ipſo ſingulæ res vobis adquiruntur: item fideicommiſſorũ, vbi ſingulæ res uobis relinquuntur, opportunius inferiore loco referemus. Videamus itaq; nunc, quibus modis per vniuerſitatem res vobis acquirantur. Si cui ergo hæredes facti ſitis, ſiue cuius bonorum poſſeſsionem petieritis, uel ſi quem adrogaueritis, vel ſi cuius bona libertatum conſeruandarum cauſa vobis addicta fuerint: eius res omnes ad vos tranſeunt. Ac prius de hæreditatibus diſpiciamus, quarum *duplex conditio eſt. nam vel ex teſtamento, vel ab inteſtato ad vos pertinent. Et prius eſt, ut de his diſpiciamus, quæ ex teſtamento vobis obueniunt, quæ in re neceſſarium eſt, initium de ordinandis teſtamentis exponere.*

*l. 1. C. p quas pſo.

*l. 1. & 3. D. de pet. hæred.

Vlpian in epitome ti. 20. diffinit mẽtis iuſtã conteſtationẽ ſolenniter factam

De teſtamentis ordinandis.

TIT. X

Adnota, Teſtamentum (ut Modeſtinus D. titu. eod. l. j. plenis uerbis definit)

eſt

eſt uoluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri uelit.

*TEſtamentum ex eo appellatur, quòd teſtatio*mentis ſit. Sed ut nihil antiquitatis penitus ignoretur: ſciendum eſt, olim quidem duo genera teſtamentorum in uſu fuiſſe, quorum altero in pace & otio utebantur, quod calatis comitijs appellabant: altero, cùm in prælium exituri eſſent, quod procinctũ dicebatur. Acceſſit deinde tertium genus teſtamentorũ, quod dicebatur per æs & libram: ſcilicet quod per emancipationẽ,†ideſt imaginariã quãdam uenditionem agebatur, quinque teſtibus, & libripẽde, ciuibus Romanis puberibus præſentibus, & eo, qui familiæ emptor dicebatur. Sed illa quidẽ priora duo genera teſtamentorũ, ex ueteribus temporibus in deſuetudinem abierunt. quod uerò per æs & libram fiebat, licet diutius permanſerit, attamen partim & hoc in uſu eſſe deſiit. Sed prædicta quidem nomina teſtamentorum ad ius ciuile referebãtur, poſtea uerò ex edicto prætoris forma alia faciendorum teſtamentorum introducta eſt. Iure etenim honorario nulla mancipatio deſiderabatur: ſed ſeptem teſtium ſigna ſufficiebant, cùm iure ciuili ſigna teſtium non eſſent†neceſſaria.*

*Alcia. li. 4. de uer. ſignifi. in apolog.

†emancipatione,

†erant,

ARGVM.

Teſtamenti in ſcriptis ſolennitas partim iure ciuili partim ſacris conſtitutionibus, & prætorio iure nititur: conficitur autem tale teſtamentum teſtibus ſeptem uno contextu actui adhibitis, & facto teſtamento ſubſcribentibus, ac demum illud ſuis ſigillis munientibus.

Sed cum paulatim tam ex uſu hominum,

*l.hac cõ ſultiſſima C.eod. *quàm ex conſtitutionum* emẽdationibus cœpit in unam conſonantiam ius ciuile & prætorium iungi, conſtitutum eſt, ut uno eodemq; tempore (quod ius ciuile quodammodo exigebat) ſeptẽ teſtibus adhibitis, & ſubſcriptione teſtium (quod ex conſtitutionibus inuentum eſt, & ex edicto prætoris) ſignacula teſtamentis imponerentur: ita, ut hoc ius tripertitum eſſe uideatur, & † teſtes quidem & eorum præſentia uno contextu teſtamenti celebrandi gratia, a iure ciuili deſcendant: ſubſcriptiones autem teſtatoris et teſtium, ex ſacrarum conſtitutionem obſeruatione adhibeantur: ſignacula autem, & teſtium numerus, ex edicto* Prætoris. *Sed his omnibus a noſtra conſtitutione propter teſtamentorum ſynceritatem, ut nulla fraus adhibeatur, hoc additum eſt: ut per manus † teſtatoris uel teſtium nomen hæredis exprimatur, & omnia ſecundũ illius conſtitutionis tenorem procedant.* Poſſunt *autem omnes teſtes & uno anulo ſignare teſtamentũ. quid enim ſi ſeptem anuli una ſculptura fuerint, ſecũdũ quod* Papiniano *† uiſum eſt? Sed & alieno quoq; anulo licet ſignare teſtamentũ*

† tut

† manum

† Pomponio

ARGVM.

Qui ex teſtamẽto capere poteſt, is teſtamentarius teſtis eſſe poteſt: ſed perſonæ hic enumeratæ quamuis teſtamenti factionem habeant, teſtamento teſtes adhiberi nequeunt.

*l.qui teſtamento D.eod. Teſtes * *autem adhiberi poſſunt ij, cum quibus teſtamenti factio eſt. Sed neque mulier, neque impubes neque ſeruus: neque furioſus, neque mutus, neque ſurdus, neque is, cui bonis interdictum eſt, neque ij, quos leges iubent improbos inteſtabileſq; eſſe poſſunt in numerum teſtium adhiberi.*

*Adnota,

* Adnota, communem errorem ius facere. l. Barbarius Philippus. D. de offic. prætor.

Sed cùm aliquis ex teſtibus teſtamenti quidem faciendi tempore liber exiſtimabatur, poſt ea autem ſeruus apparuit: tam diuus Hadrianus Catoni,† *quàm poſteà diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt** *ſubuenire ſe ex ſua liberalitate teſtamento, ut ſic habeatur firmum ac ſi, ut oportebat factum eſſet: cùm eo tempore, quo teſtamentum ſignaretur, omnium conſenſu hic teſtis liberi loco fuerit: neque quiſpiam eſſet, qui ſtatus ei quæſtionem moueret.* Pater, necnõ **is, qui in poteſtate eius eſt, item duo fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, utque* † *teſtes in uno teſtamento fieri poſſunt: quia nihil nocet, ex una domo plures teſtes alieno negotio adhiberi.*

†*Catonio* Vero, *l. 1. C. e. * l. pater. D. de teſtibus. †*utrique*

ARGVM.

Teſtamentarii teſtes eſſe nequeunt, qui in teſtatoris eſt poteſtate, & qui teſtatorem in poteſtate habet, item hæres ſcriptus, & qui in ſacris eius ſunt quive eum habet in poteſtate: & fratres ſub eiſdem patriis nexibus exiſtentes, quibus hæres: quicquid circa hæc placitum fuerit antiquitati.

In teſtibus autem non debet eſſe is, qui in poteſtate teſtatoris eſt. Sed ſi filiusfamiliàs de caſtrenſi peculio poſt miſsionem faciat teſtamentum: nec pater eius rectè adhibetur teſtis, nec is, qui in poteſtate eiuſdem patris eſt. reprobatum eſt enim in ea re domeſticũ teſtimoniũ. Sed neque hæres ſcriptus, neque is, qui in poteſtate eius eſt, neque pater eius, qui eum habet in poteſtate, neque fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes adhiberi poſſunt: quia hoc

totum negotium, quod agitur teſtamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter teſtatorem & hæredem agi. Licet autem totum ius tale cõ turbatum fuerat, & Veteres quidem † familiæ emptorem, & eos, qui per poteſtatem ei coniuncti fuerant, à teſtamentarijs teſtimonijs repellebant: hæredi autem, & ijs, qui per poteſtatem ei coniuncti fuerant, concedebant teſtimonia in teſtamentis præſtare: licet ij, qui id permittebãt hoc iure minimè abuti eos debere ſuadebãt: tamen nos eandem obſeruationem corrigentes, & quod ab illis ſuaſum eſt, in legis neceſſitatem transferentes, ad imitationem priſtini familiæ emptoris, meritò nec hæredi, qui imaginem uetuſtiſſimi familiæ emptoris obtinet, neque alijs perſonis, quæ ei (ut dictum eſt) coniunctæ ſunt, licentiam concedimus, ſibi quodammodo teſtimonia præſtare: ideoq; nec eiuſmodi ueteres conſtitutiones † noſtro codici inſeri permiſimus.

†*qui*

† *ueterẽ conſtitutionem.*

A R G V M.

Cui legatum aut particulare fideicommiſſum relictum teſtamento fuit (cùm ad eum non pertineat hæreditatis damnum, nec emolumentum) teſtis in eo teſtamento eſſe poteſt.

*Legatarijs autem & fideicommiſſarijs, quia non iuris ſucceſſores ſunt, & alijs perſonis eis coniunctis teſtimonium non denegamus: imò in quadam noſtra conſtitutione & hoc ſpecialiter eis conceſſimus. Et multò magis ijs, qui in eorum poteſtate ſunt, uel qui eos habent in poteſtate, huiuſmodi licentiam damus. Nihil autẽ intereſt: teſtamentum in tabulis, an in chartis membranisve, uel in alia materia fiat. Sed & * unum teſtamentum pluribus codicibus† conficere quis poteſt, ſecũdum obtinentẽ tamen obſeruationem omnibus*

* l. unum D. eod.

† *exem*-*plis.D.*

omnibus factis. quod interdum etiam neceſſarium eſt, ueluti ſi quis nauigaturus & ſecum ferre, & domi relinquere iudiciorum ſuorum conteſtationem† uelit, uel propter alias innumerabiles cauſas, quæ humanis neceſsitatibus imminent. † *teſtationem*

A R G V M.

Supremæ uoluntatis uiua uoce, corã ſeptem rogatis teſtibus: declaratio à teſtatore facta, nuncupatiuum teſtamentum dicitur.

Sed hæc quidem de teſtamentis, quæ ſcriptis cõficiuntur, ſufficiunt. ſi quis autem ſine ſcriptis uoluerit ordinare iure ciuili teſtamentum: ſeptem teſtibus adhibitis & ſua uoluntate coram eis nuncupata, ſciat hoc perfectiſsimum teſtamentum iure ciuili firmumq́; conſtitutum.

De militari teſtamento.

T I T V. XI.

SVprà dicta diligens obſeruatio in ordinãdis teſtamẽtis militibus propter nimiã imperitiã eorũ, cõſtitutionibus principalibus remiſſa eſt. Nam quamuis ij neque legitimũ numerum teſtium adhibuerint, neque aliam teſtamentorum ſolennitatem obſeruauerint, rectè nihilominus teſtantur uidelicet, cùm in expeditionibus occupati ſunt, quòd meritò noſtra conſtitutio introduxit. Quoquo enim modo uoluntas eius ſuprema inueniatur, ſiue ſcripta, ſiue ſine ſcriptura, ualet teſtamẽtum ex uoluntate eius.* l. pen. C. eod.

A R G V M.

Miles etiam filiusfamiliàs tandiu iure militari teſtandi habet priuilegium: quandiu in expeditione eſt: qui ſi extra caſtra degat, communi omnium iure teſtari debet.

Illis autem temporibus, per quæ citra expeditionum neceſsitatẽ, in alijs locis, uel ſuis† ædibus degunt † *ſedibus*

degunt, minimè ad uendicandum tale priuilegium adiuuãtur. Sed teſtari quidem, & ſi filij familiarum† *ſint, propter militiam cõceduntur: iure tamen communi eadem obſeruatione & in eorum teſtamentis adhibenda, quam in teſtamentis paganorum proximè expoſuimus.*

† *familiàs*

ARGVM.

Milites quamuis à teſtandi ſolennibus immunes ſint, eorum tamen ſupremum iudicium corã teſtibus ſaltem duobus, iiſq; rogatis manifeſtari debet: quo probari poſtea poſſit illorum uoluntas.

Planè de teſtamentis militum diuus Traianus Catilio† *Seuero ita reſcripſit:* Id *priuilegiũ, quod militantibus datum eſt, ut quoquomodo facta ab eis teſtamenta, rata ſint: ſic intelligi debet, ut utique prius conſtare debeat, teſtamentum factum eſſe, quod & ſine ſcriptura. & à non militantibus quoque fieri poteſt. Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur, conuocatis ad hoc hominibus, ut uoluntatem ſuam teſtaretur, ita loquutus eſt, ut declararet, quem uellet ſibi hæredem eſſe, & cui libertatem tribueret, poteſt uideri ſine ſcripto hoc modo eſſe teſtatus. & uoluntas eius rata habenda eſt. Cæterum ſi (ut plerunque ſermonibus fieri ſolet) dixit alicui,* Ego te hæredẽ facio: aut bona mea tibi relinquo *non oportet hoc pro teſtamento obſeruari.* Nec *ullorum magis intereſt, quàm ipſorum, quibus id priuilegium datum eſt, eiuſmodi exemplum non admitti: alioquin non difficulter poſt mortem alicuius militis teſtes exiſterent, qui adfirmarent, ſe audiſſe dicentem aliquem, relinquere ſe bona, cui uiſum ſit: & per hoc uera iudicia ſubuerterentur.*

†*Statilio* Ex capitol.

Quinimò

Quinimò & mutus & ſurdus miles teſtamentum facere poteſt.* *l.4.D.e.

*Adnotato, Conditionem in teſtamentis retrotrahi ad diem mortis teſtatoris.l. quod dicitur.D.hoc tit.

Sed hactenus hoc illis à principalibus conſtitutionibus conceditur, quatenus militant, & in caſtris degunt. Poſt miſsionem uerò ueterani, uel extra caſtra alij, ſi faciant adhuc militantes teſtamentum: communi omnium ciuium Romanorum iure id facere debent. Et quod in caſtris fecerint teſtamentum, non communi iure, ſed quomodo†uoluerint: poſt miſsionem intra annum tantùm ualebit. Quid ergo ſi intra annũ quis deceſſerit, cõditio autem hæredi adſcripta, poſt annum extiterit? an quaſi militis teſtamentum ualeat? Et placet ualere quaſi militis. † quoque modo

*Verbis aut facto confirmans inualidũ nouam diſpoſitionem condere uidetur.

Sed & ſi quis ante militiam non iure fecit teſtamentum, & miles factus, & in expeditione degens reſignauit illud, & quædam adiecit, ſiue detraxit, uel alias manifeſta eſt militis uoluntas hoc ualere uolentis: dicendum eſt ualere hoc teſtamentum, quaſi ex noua militis uoluntate. Denique & ſi in arrogationem datus fuerit miles, uel filiusfamilias emancipatus eſt: teſtamentum eius quaſi ex noua militis uolũtate ualet: nec uidetur capitis deminutione irritum fieri.* *l.miles D. eod.

ARGVM.

Qui de quaſi caſtrenſibus teſtantur, iure cõmuni teſtari debent.

*Sciendum tamẽ eſt, quòd cum ad exemplum caſtrenſis peculij, tam anteriores*leges, quàm* *l.1.§nec caſt.D.de col. bou.

principales

*principales conſtitutiones, quibuſdam quaſi caſtrenſia dederant peculia, & horum quibuſdam permiſſum fuerat etiam in poteſtate degentibus teſtari: noſtra id conſtitutio * latiùs extendens permiſerit omnibus in huiuſmodi peculijs teſtari quidẽ, ſed iure communi. Cuius conſtitutionis tenore perſpecto: licentia eſt, nihil eorum, quæ ad præfatum ius pertinent, ignorare.*

*l. fi. C. de inoffi. teſ.

Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.

TIT. XII.

ARGVM.

In parentum poteſtate cõſtituti (etiam ſi paternus accedat cõſenſus) iure teſtari nequeunt: his tamen demptis qui caſtrenſe, & quaſi caſtrẽſe peculium habent, id eſt, qui vel in caſtris uel bonis literis militant: quibus ſuper eo (haud ſecus quàm ſi ſui iuris eſſent) etiam inuito patre, teſtandi libertas data eſt.

NOn tamen omnibus licet facere teſtamentũ. Statim enim ij qui alieno iuri ſubiecti ſunt teſtamenti faciendi ius nõ habent: adeò quidẽ, ut quamuis parentes eis permiſerint, nihilo magis iure teſtari poßint: exceptis ijs, quos antea enumerauimus, et præcipuè militibus, qui in poteſtate parentũ ſunt, quibus de eo, quod in caſtris adquiſierũt, permiſſum eſt ex conſtitutionibus principiũ teſtamentum facere. Quod quidem ius ab initio tantùm militantibus datum eſt, tam ex authoritate diui Augusti, quàm Neruæ, necnon optimi Imperatoris Traiani: poſtea uerò ſubſcriptiõne diui Hadriani, etiam dimißis à militia, id eſt ueteranis conceſſum*

*l. qui in poteſtate D. eod.

ceſſum eſt. Itaque ſi quidem fecerint de caſtrēſi peculio teſtamentum: pertinebit hoc ad eum, quem hæredem reliquerunt. Si uerò inteſtati deceſſerint, nullis liberis uel fratribus ſuperſtitibus, ad parentes eorũ iure communi pertinebit. Ex hoc intelligere poſſumus: quod in caſtris adquiſierit miles, qui in poteſtate patris eſt, neque ipſum patrem adimere poſſe, neque patris creditores id uendere, uel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus cõmune eſſe: ſed ſcilicet proprium eius eſſe, qui id in caſtris adquiſierit: quanquam iure ciuili omnium, qui in poteſtate parentum ſunt, peculia perinde in bonis parentum computentur, ac ſeruorum peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis uidelicet ijs, quæ ex ſacris conſtitutionibus, & præcipuè noſtris propter diuerſas cauſas non adquiruntur. Præter hos igitur, qui caſtrenſe peculium, uel quaſi caſtrenſe habent, ſi quis alius filius familias teſtamentum fecerit, inutile eſt, licet ſuæ poteſtatis factus deceſſerit.

*Adnota, ab initio nullum, tractu temporis nõ conualeſcere: & uerſa uice, rem legitimè factam, etiam ſi ad eum caſum ueniat à quo initium ſumere non potuit, nequaquam irritari. Pro primo dicto eſt tex. in. l. quod initio. & l. pe. & utrobique gl. & Philip. Dec. D. de reg. iur. Pro ſecundo cap. quod ſicut. de elect. in antiq.

Præterea teſtamentum facere non poſſunt impuberes: quia nullum eorum animi iudicium eſt. Item furioſi: quia mente carent. nec ad rem pertinet, ſi impubes, poſtea pubes, aut furioſus, poſtea compos mentis factus fuerit, & deceſſerit. Furioſi autem, ſi per id tempus fecerint teſtamentum

ſtamētum quo furor eorum intermiſſus eſt, iure teſtati eſſe uidentur: certè eo, quod ante furorem fecerint, teſtamento ualente. Nam neque teſtamentum rectè factum, neque ullum aliud negotium rectè geſtum, poſtea furor interueniens perimit. Item prodigus, cui bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta eſt, teſtamentum facere nõ poteſt: ſed id, quod ante fecerit, quàm interdictio bonorum ſuorum ei fiat, ratum eſt. Item ſurdus & mutus non ſemper teſtamentum facere poſſunt. Vtique autem de eo ſurdo loquimur, qui omnino non exaudit: non qui tardè exaudit. nam & mutus is intelligitur, qui eloqui nihil poteſt: non qui tardè loquitur. Sæpe † enim etiam literati & eruditi homines uarijs caſibus & audiendi & loquendi facultatem amittunt. Vnde noſtra conſtitutio etiam his ſubuenit, ut certis caſibus & modis ſecundùm normam eius poßint teſtari, aliaq́; facere, quæ eis permiſſa ſunt. Sed ſi quis poſt teſtamentum factum, aduerſa ualetudine, aut quolibet alio caſu mutus aut ſurdus eſſe cœperit: ratum nihilominus manet eius teſtamentum. Cæcus autem non poteſt facere teſtamentum, niſi per obſeruationem, quam lex diui Iuſtini patris noſtri introduxit.*

† *autem*

*l. diſcretis. C. qui teſt. f. ce. poſſ.

* Iure poſtliminii qui ab hoſtibus rediit, retrò fingitur ſemper in ciuitate fuiſſe: lege uerò Cornelia qui apud hoſtes uita functus eſt: fingitur hora captiuitatis præambula (& ſic in libertate) deceſſiſſe.

Eius, qui apud hoſtes, eſt teſtamentũ, quod ibi fecit, non ualet, quamuis redierit: ſed quod, dum in ciuitate fuerat, fecit: ſiue redierit, ualet iure

iure poſtliminij: ſiue illhic deceſſerit, ualet ex lege Cornelia.

De exhæredatione liberorum.

TIT. XIII.

Quiſquis filium habens inpoteſtate, rite teſtari uult, operæ pretiũ eſt ut eum aut inſtituat aut nominatim exhæredem faciat, illius etenim præteritione uſque adeò nullum fit teſtamẽtũ. ut etiam ſi uiuo patre deceſſerit non conualeſcat: in filiabus autem cæteriſq; per uirilem ſexum deſcendentibus longe diuerſam rationẽ tenuit antiquitas.

NOn tamen, ut omnino† ualeat teſtamentum, ſufficit hæc obſeruatio, quã ſupra expoſuimus; ſed qui filiũ in poteſtate habet, curare debet, ut eũ hæredem inſtituat, uel exhæredẽ eum nominatim faciat alioqui ſi eum ſilentio præterierit, inutiliter teſtabitur. adeò quidem, ut ſi uiuo patre filius mortuus ſit, nemo hæres ex eo teſtamento exiſtere poßit: quia ſcilicet ab initio non conſtiterit teſtamentum. Sed non ita de filiabus, & alijs per uirilem ſexum deſcendentibus liberis utriuſque ſexus antiquitati fuerat obſeruatum: ſed ſi nõ fuerant ſcripti hæredes ſcriptæve, uel exhæredati exhæredatæve, teſtamentum quidem non infirmabatur, ius tamen† adcreſcendi eis ad certam portionẽ præſtabatur, ſed nec nominatim eas perſonas exhæredare parẽtibus neceſſe erat, ſed licebat† inter cæteros hoc facere. Nominatim autẽ quis exhæredari uidetur, ſiue ita exhæredetur, † Titius filius meus exhæres eſto: *ſiue ita,* Filius meus exhæres eſto, *non adiecto proprio nomine, ſcilicet ſi alius filius non extet.* †

† *omnimodo.*
† *autem*
† *&*
† *exhæredaretur.*
† *exiſtet.*

ARGVM.

{ Poſthumi præteritione uõ protinus ab initio

infirmatur

infirmatur teſtamentum, ſed ita demum cũ natus fuerit poſthumus: quo non naſcente firmũ manet teſtatoris iudicium.

Poſthumi quoque liberi, uel hæredes inſtitui debent, uel exhæredari. Et in eo par omnium conditio eſt, quòd & filio poſthumo, † & quolibet ex cæteris liberis ſiue fœminini ſexus, ſiue maſculini, præterito, ualet quidem teſtamentum, ſed poſtea adgnatione poſthumi ſiue poſthumæ rumpitur, & ea ratione totum infirmatur. Ideóq; ſi mulier, ex qua poſthumus aut poſthuma ſperabatur, abortum fecerit, nihil impedimento eſt ſcriptis hæredibus ad hæreditatem adeundam. Sed fœminini quidem ſexus perſonæ, † uel nominatim, uel inter cæteros exhæredari ſolebant: dum tamen: ſi inter cæteros exhæredarentur, aliquid eis legaretur, ne uiderentur præteritæ eſſe per obliuionem. Maſculos uerò poſthumos, id eſt, filios, & deinceps, placuit non aliter rectè exhæredari, niſi nominatim exhæredarentur, hoc ſcilicet modò, Quicunque mihi filius genitus fuerit, exhæres eſto.

† enim

† poſthumæ,

ARGVM.

Ex filio nepos uiuo patre ſuus hæres auo nõ eſt, quamuis in eius ſit poteſtate, ſed ſi uiuo auo patrem mori contigerit, eius patris locũ ſubintrans, quaſi adnaſcendo ſuus hæres fit, idcirco inſtitui uel exhæres fieri debet, ne illius præteritio aui teſtamentum infirmet.

Poſthumorum* *autem loco ſunt & ij, qui in ſui hæredis locum ſuccedendo, quaſi adnaſcendo fiunt parentibus ſui hæredes, ut ecce, ſi quis filium, & ex eo nepotem, neptemve in poteſtate habeat: quia filius gradu præcedit, is ſolus iura ſui hæredis habet: quamuis nepos quoque, & neptis*

* L. poſthumorum. D. d iniu. rup. teſt.

ptis ex eo in eadem poteſtate ſint. Sed ſi filius eius,uiuo eo,moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de poteſtate eius,incipit nepos,neptiſve in eius locum ſuccedere,& eo modo iura ſuorum hæredum quaſi adgnatione nanciſcitur†, Ne ergo eo modo rumpatur eius teſtamentum: ſicut ipſum filium, uel hæredem inſtituere, uel nominatim exhæredere debet teſtator, ne non iure faciat teſtamentum: ita & nepotem, neptemve ex filio neceſſe eſt ei, uel hæredem inſtituere, uel exhæredare, ne fortè eo uiuo filio mortuo ſuccendo in locum eius nepos,neptiſve: quaſi adgnatione rumpat teſtamentum. Idq; lege Iulia Velleia† prouiſum eſt: in qua ſimilis exhæredationis modus ad ſimilitudinem poſthumorum demonſtratur. †nanciſci † Iunia Vellea

ARGVM.

Emancipati quoque liberi inſtitui, uel exhæredari debent: alioqui eis præteritis (quamuis iure ciuili ſuccurſum non ſit iure Prætorio bonorum poſſesſio contra tabulas datur.

Emancipatos liberos iure ciuili,neque hæredes inſtituere, neque exhæredare neceſſe eſt: quia non ſunt ſui hæredes. Sed Prætor omnes, tam fæminini ſexus, quàm maſculini, ſi hæredes non inſtituantur, exhæredari iubet: uirilis ſexus, nominatim: fæminini uerò, inter cæteros: quia ſi neque hæredes inſtituti fuerunt, † neque ita (ut diximus) exhæredati permittit† eis prætor contra tabulas teſtamenti bonorum poſſeßionem. † inſtituantur, †promitit

ARGVM.

Adoptiui quandiu in adoptantis nexibus cõſtituti ſunt:haud ſecus quàm naturales liberi inſtituendi uel exhæredandi ſunt,adoptione uerò ſoluta,impune ab adoptante patre prætereunt:

quo

quo tamen ad naturalem patrem tanquã ab eo emancipati, haberi incipiunt.

Adoptiui liberi quandiu ſunt in poteſtate patris adoptiui, eiuſdem iuris habentur, cuius ſunt iuſtis nuptijs quæſiti. itaque hæredes inſtituendi, uel exhæredandi ſunt, ſecundum ea, quæ de naturalibus expoſuimus. Emancipati *uerò à patre adoptiuo, neque iure ciuili, neque eo iure, quod ad edictum Prætoris attinet, inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, ut ex diuerſo (quod ad naturalem parentem attinet) quandiu quidem ſunt in adoptiua familia, extraneorum numero habeantur: ut eos neque hæredes inſtituere, neq; exhæredare neceſſe ſit. cùm uerò emancipati fuerint ab adoptiuo patre: tũc incipiant in ea cauſa eſſe, in qua futuri eſſent, ſi à naturali patre emancipati fuiſſent.*

ARGVM.

Sublata ueteri differẽtia, recentiori iure ſancitum eſt, ut iiſdem teſtamẽto modis & mares, & fœminę inſtituantur, uel exhæredes fiãt: idq; in reliquis liberis. utputa nepotibus, neptibus, & deinceps: necnon & in poſthumis, & emancipatis filiis obſeruare conuenit.

*l. maximã. C. de lib. præ. *Sed hæc quidem uetuſtas introducebat. noſtra uerò conſtitutio* **inter maſculos, & fœminas in hoc iure nihil intereſſe exiſtimans: quia utraque perſona in hominum procreatione ſimili* † *naturæ officio fungitur, & lege antiqua duodecim tabularum omnes ſimiliter ad ſucceſſionem ab inteſtato uocabãtur, quod & prætores poſteà ſequuti eſſe uidentur: ideo ſimplex ac ſimile ius, & in filijs, & in filiabus, & in cæteris deſcendentibus per uirilem ſexum perſonis non ſolum iam natis, ſed etiam poſthumis, intro duxit:*

† *ſimiliter*

duxit: ut omnes ſiue ſui, ſiue emancipati ſint, uel hæredes inſtituantur, uel nominatim exhæredentur: & eundem habeant effectum circa teſtamenta parentum ſuorum infirmanda, & hæreditatem auferendam, quem filij ſui uel emãcipati habent, ſiue iam nati ſint, ſiue adhuc in utero conſtituti poſtea nati ſunt. Circa *adoptiuos autem filios certam induximus diuiſionem, quæ in noſtra conſtitutione,* quam ſuper adoptiuis tulimus, continetur. Sed ſi in expeditione occupatus miles, teſtamentum faciat, & liberos ſuos iam natos uel poſthumos nominatim nõ exhæredauerit, ſed ſilentio præterierit, nõ ignorãs, an habeat liberos ſilentium eius pro exhæredatione nominatim facta ualere, *cõſtitutionibus principum cautum eſt.*

*l. pe. C. de adopt.

* l. ſicut. & l. ſi cũ C. de milit. teſta.

ARGVM.

Matris aliorumve per lineam maternã aſcendentium præteritio, uim exhæredationis obtinet: idcirco ad eorum ſucceſsionem citra quęrelam aſpirare non poteſt præteritus filius.

Mater uel auus maternus, neceſſe non habent liberos ſuos aut hæredes inſtituere, aut exhæredare: ſed poſſunt eos ſilentio omittere nam ſilentium matris, aut aui materni, & cæterorum per matrem aſcendentium tantum facit, quantum exhæredatio patris. Neque enim *matri filium, filiamve, neque auo materno nepotem, neptemve ex filia ſi eum eamve hæredem nõ inſtituat, exhæredare neceſſe eſt: ſiue de iure ciuili quæramus, ſiue de edicto* Pratoris *quo* Prætor *præteritis liberis contra tabulas bonorum poſſeſsionem permittit: † ſed aliud eis adminiculum ſeruatur, quod paulò poſt uobis manifeſtum fiet.*

† *promittit*

De

De hæredibus inſtituendis.

TITVLVS XIIII.

ARGVM.

Seruo proprio ſcripto hæredi nulla libertatis mentione facta, uidetur etiam data libertas.

*l. 3. & l. non minus. D. e.

HAeredes inſtituere permiſſum eſt, tam liberos homines, quam ſeruos: & tã proprios, quàm alienos. Proprios autem olim quidẽ ſecundum plurium ſententias nõ aliter, quàm cũ libertate, rectè inſtituere licebat: hodie uerò etiã ſine libertate, ex noſtra conſtitutione* hæredes eos inſtituere permiſſum eſt. Quod nõ per innouationem induximus, ſed quoniam æquius erat, & Attilicino placuiſſe Paulus ſuis libris, quos tam ad Maſuriũ Sabinum, quàm ad Plautium ſcripſit, refert. Proprius autem ſeruus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem teſtator habet, alio uſumfructum habente. Eſt tamen caſus, in quo nec cum libertate utiliter ſeruus à domina hæres inſtituitur, ut conſtitutione diuorum Seueri, & Antonini cauetur, cuius uerba hæc ſunt: Seruum adulterio maculatum, † non iure teſtamento manumiſſum ante ſententiam ab ea muliere uideri, quæ rea fuerat eiuſdem criminis poſtulata, rationis eſt. Quare ſequitur, ut in eundem à domina collata hæredis inſtitutio, nullius momenti habeatur. Alienus ſeruus etiam is intelligitur, in quo uſumfructum teſtator habet. †*

*l. quidã. C. de neceſ. ſer.

†*adulterij accuſatum.*

†*habebat.*

ARGVM.

Simplex proprij ſerui inſtitutio eum & liberum & domino neceſſarium hæredem facit: qui ſi, uiuo adhuc teſtatore, libertate donetur, uolũtarius efficitur, ſi autẽ à domino alienetur, nec liber, nec hæres fit, ſed nouo domino hæreditatem quærit.

Seruus

Seruus autem à domino ſuo hæres inſtitutus, ſiquidem in eadem cauſa manſerit fit ex teſtamento liber, hæreſque ei neceſſarius. Si uerò à uiuo teſtatore manumiſſus fuerit: ſuo arbitrio adire hæreditatem poteſt, quia non fit hæres neceſſarius, cùm utrunque ex domini teſtamento non conſequatur. Quòd ſi alienatus fuerit, iuſſu noui domini adire hæreditatem debet, & ea ratione per eum dominus fit hæres. nam ipſe alienatus, neque liber, neque hæres eſſe poteſt, etiam ſi cum libertate hæres inſtitutus fuerit. deſtitiſſe enim à libertatis datione uidetur dominus, qui eum alienauit. Alienus quoque ſeruus hæres inſtitutus, ſi in eadem cauſa durauerit, iuſſu eius domini adire hæreditatem debet. Si uerò alienatus fuerit ab eo, aut uiuo teſtatore, aut poſt mortem eius, antequàm adeat: debet iuſſu noui domini adire. At ſi manumiſſus eſt uiuo teſtatore, uel mortuo, antequàm adeat: ſuo arbitrio adire poteſt hæreditatem. Seruus† etiam alienus poſt domini mortem rectè hæres inſtituitur, quia & cum hæreditarijs ſeruis eſt teſtamenti factio. Nondum enim adita hæreditas, perſonæ uicem ſuſtinet, non hæredis futuri, ſed defuncti: cùm etiam eius, qui in utero eſt, ſeruus rectè hæres inſtituatur. Seruus autem plurium, cum quibus teſtamenti factio eſt, ab extraneo inſtitutus hæres, unicuique dominorum, cuius iuſſu adierit, pro portione dominij adquirit hæreditatem. Et unum hominem, & plures uſque in infinitum, quot quis† hæredes uelit facere licet.

† autem

† quantos quiſque

ARGVM.

Vniuerſa quæuis hæreditas in uncias xii. (quę aſſis appellatione cõtinentur ſcinditur: quarũ

quælibet certum nomen à lege ſortita eſt: pōt tamen in plures pancioresve uncías (prout teſtatori libitum erit) diſtribui.

*Ex.l.ſeruũ.§.fin. D.eod. *Vide Voluſiũ Mæcianũ in lib. aſsis.

*Hæreditas * plerunque diuiditur in duodecim uncias, quæ aſsis appellatione continentur. Habent autem * & hæ partes propria nomina ab uncia uſque ad aſſem hæc: ſextãs, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx. Non autem utique ſemper duodecim uncias eſſe oportet. nam tot unciæ aſſem efficiunt, quot teſtator uoluerit: & ſi unum tantum quis ex ſemiſſe (uerbi gratia) hæredem ſcripſerit, totus as in ſemiſſe erit. Neque enim idem ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus decedere poteſt: niſi ſit miles, cuius ſola uoluntas in teſtando ſpectatur. Et è contrario poteſt quis in quotcunque uoluerit plurimas uncias ſuam hæreditatem diuidere.*

A R G V M.

Qui partibus non deſignatis hæredes ſcripti ſunt, æquis portionibus ſcripti uidentur: qui uero iam aliquod incertis partibus inſtitutis, ſimpliciter inſtituuntur, quotquot ſint, in reſiduo aſsis hæredes fiunt: aſſe autem toto diſtributo, qui ſine partibus ſcripti ſunt, ſemiſſem hæreditatis conſequuntur.

† conſtituantur.

Si plures inſtituantur † hæredes: ita demum in hoc caſu partium diſtributio neceſſaria eſt, ſi nolit teſtator eos ex æquis partibus hæredes eſſe ſatis enim conſtat: nullis partibus nominatis, ex æquis partibus eos hæredes eſſe. Partibus autem in quorundam perſonis expreſsis, ſi quis alius ſine parte nominatus erit, ſi quidem aliqua pars aſsi † deerit: ex ea parte hæres fit. Et ſi plures ſine parte ſcripti ſint: omnes in eandem partem concurrunt. Si uero totus as

† aſsis

compleius

completus ſit:q́ qui nominatim expreſſas partes habent: in dimidiam partem uocantur: & ille uel illi omnes in alteram dimidiam. Nec *intereſt, primus, an medius, an nouiſsimus, ſine parte hæres ſcriptus ſit ea enim pars data intelligitur, quæ uacat. Videamus, ſi pars aliqua uacet, nec tamē quiſquam ſine parte ſit hæres inſtitutus, quid iuris ſit, ueluti ſi tres ex quartis partibus hæredes ſcripti ſunt. Et conſtat uacantem partem ſingulis tacitè pro hæreditaria parte accedere†, & perinde haberi, ac ſi ex tertijs partibus hæredes ſcripti eſſent. Et ex diuerſo, ſi plures hæredes ſcripti in portionibus ſint, tacitè ſingulis decreſcere: ut ſi (uerbi gratia) quatuor ex tertijs partibus hæredes ſcripti ſint, perinde habeantur, ac ſi unuſquique ex quarta parte hæres ſcriptus fuiſſet.* †accreſcere,

*Adnota, Dupondium appellat hæreditatem in. XXIIII. vncias diſtributā: quaſi duo pondo, id eſt, duo aſſes: ſic in tripondio dicito.

Et ſi plures unciæ, quàm duodecim diſtributæ ſint: is qui ſine parte inſtitutus eſt, quod dupondio deeſt, habebit. Idemq́; erit, ſi dupondius expletus ſit, quæ omnes partes ad aſſem poſtea reuocantur, quamuis ſint plurium unciarum. Hæres & purè, & ſub conditione inſtitui poteſt: ex certo tempore, aut ad certum tempus non poteſt, ueluti, Poſt quinquennium, quàm moriar, *uel,* Ex Calendis illis, *uel,* Vſque ad Calendas illas hæres eſto. *Denique diem † adiectum haberi pro ſuperuacuo placet: & perinde eſſe, ac ſi purè hæres inſtitutus eſſet.* †diem q́;

ARGVM.

Impoſſibilis conditio adiecta inſtitutioni, legato, vel fideicommiſſo uitiatur, diſpoſitione pura remanente.

*Impoſſibilis conditio in inſtitutionibus, & legatis, necnon in fideicommiſſis, & libertatibus, pro non ſcripta habetur. Si plures*conditiones in inſtitutionibus adſcriptæ ſunt: ſiquidem coniunctim, utputà,* Si illud. & illud factum fuerit: *omnibus parendum eſt. ſi ſeparatim ueluti,* Si illud, aut illud factum erit, *cuilibet conditioni obtemperare ſatis eſt. Ii, quos nunquam teſtator uidit, hæredes inſtitui poſſunt. ueluti ſi fratris filios peregrinantes†, ignorans qui eſſent, hæredes inſtituerit. ignorantia enim teſtantis inutilem inſtitutionem non facit.*

*l. ſi hær. D de cōdi. & demon.

†*peregrinatos,*

De uulgari ſubſtitutione.

TIT. XV.

ARGVM.

Eſt autem ſubſtitutio (ut Accurſ. & interpretes eodem titul. D. in rub. definiunt) ſecunda cōditionalis inſtitutio. Vulgaris autē ſubſtitutio (de qua hoc titulo differitur) ut ex dictis ſcribētium in. l. j. D. eo. colligere eſt, ſic pōt definiri: Subſtitutio uulgaris, eſt directa ſecunda inſtitutio, quæ à quolibet, & cuilibet fieri poteſt, nihil ſpecialitatis habens.

P*Oteſt*autem quis in teſtamento ſuo plures gradus hæredum facere: utputà,* Si ille hæres non erit, ille hæres eſto: *& deinceps, inquantum uelit teſtator ſubſtituere poteſt: ut†nouiſſimo loco in ſubſidium, uel ſeruū neceſſarium hæredem inſtituere poſſit. Et plures in unius locum poſſunt ſubſtitui, uel unus in plurium, uel ſinguli in ſingulorum†, uel inuicem ipſi, qui hæredes inſtituti ſunt.*

*l. poteſt D. eod.

†*&*

†*ſingulis*

Argum.

ARGVM.

Quem teſtator inſtituendo prædilexit, eum etiam ſubſtituendo prædilexiſſe creditur: ideò hæredes ex diſparibus partibus inſtitui, & inuicē ſimpliciter ſubſtitui cēſentur, ex quibus inſtituti fuerūt.

Et ſi ex diſparibus partibus heredes ſcriptos inuicem ſubſtituerit, & nullam mentionem partium in ſubſtitutione habuerit: eas uidetur in ſubſtitutione partes dediſſe, quas in inſtitutione expreſſit. & ita diuus Pius reſcripſit.

ARGVM.

Vulgariter ſubſtitutus uni cohæredum, quē alteri cohæredi teſtator ſubſtituerat (neutro eorum adeunte) utrique ſubſtitutus uidetur.

Sed ſi inſtituto heredi, coherede † ſubſtituto dato, alius ei ſubſtitutus fuerit, diui Seuerus, & Antoninus ſine diſtinctione reſcripſerunt, ad utranque partem ſubſtitutum admitti. †coheredi ſuo

ARGVM.

Vulgariter ſubſtitutus alieno ſeruo, quē teſtator liberum opinabatur (quamuis domini iuſſu ſeruus hæreditatem adierit) ad partem hæreditatis admittitur: qualis autem ſit horū verborum (ſi hæres non erit (interpretatio, hic traditur.

Si ſeruum alienum quis patremfamiliàs arbitratus, haredem ſcripſerit, & ſi heres non eſſet, Meuium ei ſubſtituerit, isq́; ſeruus iuſſu domini adierit hereditatem, Meuius ſubſtitutus in partem admititutr. illa enim uerba, Si hæres non erit*: in eo quidem quem alieno iuri ſubiectum eſſe teſtator ſcit, ſic accipiuntur: ſi neque ipſe heres erit, neque alium heredem eſſe cerit, in eo uerò, quem patremfamiliàs eſſe arbitratur, illud ſignificant: ſi hereditatem ſibi, uel ei cuius iuri poſtea ſubiectus eſſe cœperit, nō*

†Pius T. Titus *adquiſierit*. Idq; *Tyberius* † *Cæſar in perſona Partheny ſerui ſui conſtituit*.

De pupillari ſubſtitutione.

TIT. XVI.

ARGVM.

Qui liberos impuberes in ſuis habet ſacris conſtitutos, nō ſolum uulgariter: id eſt, ſi hæredes non erunt, ſed etiam pupillariter ſi hæredes fuerint, & intra pubertatem deceſſerint, eis ſubſtituere poteſt: ideo primo caſu contingente, ſubſtitutus fit teſtatoris hæres: ſecundo uerò caſu ipſi pupillo hæres efficitur.

Liberis ſuis impuberibus, quos in poteſtate quis habet, non ſolùm ita, ut ſuprà diximus ſubſtituere poteſt: id eſt, ut ſi hæredes ei non extiterint, alius ſit ei hæres: ſed eo amplius, ut ſi hæredes ei extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, ſit eis aliquis hæres: uelutiſi quis dicat hoc modo, Titius filius meus hæres mihi eſto. Et ſi † filius meus hæres mihi non erit: ſiue hæres erit, & prius moriatur, quàm in ſuam tutelam uenerit: *id eſt, antequàm pubes factus ſit*, tunc Seius hæres eſto. *quo caſu, ſi quidem non extiterit hæres filius, tunc ſubſtitutus patri ſit hæres. ſi uerò extiterit hæres filius, & ante pubertatem deceſſerit: ipſi filio ſit hæres ſubſtitutus, nam moribus* *l.2. D.c. **inſtitutum eſt: ut quum eius ætatis filij ſint, in qua ipſi ſibi teſtamentum, facere non poſſunt, parentes eis faciant.*

† Si uero

ARGVM.

Qua ratione poteſt pater filio impuberi pupillariter ſubſtituere, eadem poterit filio furioſo, aut mente capto exemplarem ſubſtitutionē facere: itaque ſicuti pupillaris pubertate adueniente expirat, ita exemplaris furore ſedato & ſanitate mentis reſtituta, euaneſcit.

Qua

Qua ratione excitati, etiam conſtitutionem poſuimus in noſtro Codice, * *quà proſpectum eſt, ut ſi qui mente captos habeant filios, uel nepotes, uel pronepotes, cuiuſcunque ſexus uel gradus, liceat eis, & ſi puberes ſint, ad exemplũ pupillaris ſubſtitutionis, certas perſonas ſubſtituere: ſin autem reſipuerint, eandem ſubſtitutionem infirmari ſancimus, & hoc ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis: quæ poſtquàm pupillus adoleuerit, infirmatur. Igitur in pupillari ſubſtitutione ſecundum præfatum modum ordinata, duo quodammodo ſunt teſtamenta, alterum patris, alterum filij, tanquam ſi ipſe filius ſibi hæredem instituiſſet: aut certe * unum teſtamentum eſt duarum cauſarum, id eſt, duarum hæreditatum.* *l. humanitatis C. eod. *Vide hic Theo.

Sin autem quis ita formidoloſus ſit, ut timeat, ne filius ſuus † pupillus adhuc ex eo, quod palàm ſubſtitutum acceperit, poſt obitum eius periculo inſidiarum ſubiaceat, uulgarem quidem ſubſtitutionem palàm facere, & in primis teſtamenti partibus ordinare debet: illã autem ſubſtitutionem, per quam ſi hæres extiterit pupillus, & intra pubertatem deceſſerit, ſubſtitutus uocatur, ſeparatim in inferioribus partibus ſcribere debet eamq; partem proprio lino, propriaq; cera conſignare, & in priore parte teſtamenti cauere, ne inferiores tabulæ uiuo filio & adhuc impubere, aperiantur. * †eius

Illud palàm eſt, non ideo minùs ualere ſubſtitutionem impuberis filij, quòd in eiſdem tabulis ſcripta ſit, quibus ſibi quiſque hæredem inſtituiſſet, quamuis pupillo hoc periculoſum ſit. *Rationẽ adfert Caius lib. 2. inſti. ti. 4.

ARGVM.

Etiam exhæredato filio parens pupillariter-

ſubſtituere poteſt:quo caſu undecunq; pupillo quæſita ad ſubſtitutum pertinebunt.

Non ſolùm autem hæredibus inſtitutis impuberibus liberis ita ſubſtituere parentes poſſunt, ut†*ſi hæredes eis extiterint, & ante pubertatē mortui fuerint, ſit eis hæres is, quem ipſi uoluerint: ſed***etiam exhæredatis. Itaque eo caſu ſi quid exhæredato pupillo ex hæreditatibus, legatiſve, aut donationibus propinquorum, atque amicorum, adquiſitum fuerit, id omne ad ſubſtitutum pertinebit. Quæcunque diximus de ſubſtitutione impuberum liberorum, uel hæredum inſtitutorum, uel exhæredatorum, eadem etiam de poſthumis intelligimus.*

† ut &

*l. §. pen. D. eod.

*Adnotato, Principali cauſa non conſiſtente, nec ſequelam conſiſtere poſſe. tex. eſt in. l. 2. D. de pecu. leg. &. l. eos qui. C. de uſuris, cum multis ſimilib.

*Liberis autem ſuis teſtamentum nemo facere poteſt, niſi & ſibi faciat. nam pupillare teſtamentum, pars***& ſequela eſt paterni teſtamenti: adeo ut ſi patris teſtamentum non ualeat, nec filij quidem ualebit. Vel ſingulis liberis***, uel ei, qui eorum nouiſſimus impubes morietur, ſubſtitui poteſt ſingulis quidem, ſi neminem eorum inteſtatum decedere uoluerit: nouiſſimo, ſi ius legitimarum hæreditatum integrum inter eos cuſtodiri uelit.*

*l. pe. D. queadm. teſ. aper.

*l. uel ſingulis. D. de vulg.

A R G V M.

Pupillo ſubſtitutus dari poteſt certo & proprio nomine, aut generaliter, his uerbis (quiſquis mihi erit hęres, filio meo impuberi ſit hæres) quo caſu qui ex teſtatoris iudicio hæredes fuerunt, pro hæreditariis portionibus ſubſtituti videntur.

Subſtituitur autem impuberi aut nominatim

tim, ueluti, Titius hæres eſto *, aut generaliter, ut ,* Quiſquis mihi † hæres erit. *Quibus uerbis uocantur ex ſubſtitutione, impubere mortuo filio, illi, qui & ſcripti ſunt hæredes & extiterunt, & pro qua hæredes facti ſunt.* † patri

ARGVM.

Pubertate, euaneſcit pupillaris ſubſtitutio: nec longiorem habet progreſſum quàm in pubertatem uſque.

Maſculo igitur uſque ad quatuordecim annos ſubſtitui poteſt: fœminæ uſque ad duodecim annos: & ſi hoc tempus exceſſerint †, ſubſtitutio euaneſcit. † exceſſerit.

ARGVM.

Extraneo & puberi filio poſt àditam hæreditem directo ſubſtitui non poteſt: ſed per fideicommiſſum poteſt.

Extraneo *uero**, *uel filio puberi hæredi inſtituto, ita ſubſtituere nemo poteſt, ut ſi hæres extiterit, & intra aliquod tempus deceſſerit alius ei ſit hæres: ſed hoc ſolum permiſſum eſt, ut eum per fideicommiſſum teſtator obliget alij, hæreditatem eius, uel totam, uel pro parte reſtituere. quod ius quale ſit, ſuo loco** *tradémus.* *Alcia. li. 1. Diſpũ. cap. 2. *J. de fideicõmi. hæredita.

Quibus modis teſtamenta infirmentur.

TIT. XVII.

ARGVM.

Si quis facto teſtamento quempiam ſibi ſeu in filium adrogauerit, uel ex ſuis deſcendentibus aliquem adoptarit, protinus quaſi ſui hæredis adgnatione, quod prius fecerat rumpitur teſtamentum.

T*Eſtamentum iure factum, uſque eò ualet, donec rũpatur, irritumve fiat. Rumpitur autẽ teſtamentũ, cùm in eodẽ ſtatu*

manente teſtatore: ipſius teſtamenti ius† *uitiatur. Si quis enim poſt factum teſtamentum adoptauerit ſibi filium per Imperatorem, eum, qui eſt ſui iuris: aut per prætorem ſecundum noſtram conſtitutionem** *eum, qui in poteſtate parentis fuerit: teſtamentum eius rumpitur quaſi agnatione ſui hæredis.*

†*uis*

*l. cũ in adoptiuis. C. de adopt.

A R G V M.

Poſteriore teſtamento ex quo iure ciuili aliquo caſu adiri potuit hæreditas (quamuis adita non fuerit) rumpitur prius teſtamentum.

Poſteriore quoque teſtamento, quod iure perfectum eſt, ſuperius rumpitur: nec intereſt, extiterit aliquis heres ex eo, an non. hoc enim ſolùm ſpectatur, an aliquo caſu exiſtere potuerit. Ideoq; ſi quis aut noluerit heres eſſe, aut uiuo teſtatore, aut poſt mortem eius ante, quàm hereditatem adiret† *, deceſſerit, aut conditione, ſub qua heres inſtitutus eſt, defectus ſit, his caſibus paterfamiliâs inteſtatus moritur. Nam et prius teſtamentum non ualet, ruptum à poſteriore: & poſterius æquè nullas habet uires, cùm ex eo nemo heres extiterit.*

†*adierit,*

A R G V M.

Etiam poſteriore ritè facto teſtamẽto, in quo in certis rebus quiſpiam inſtitutus fuit, primũ cui hæres eſt uniuerſalis, tollitur teſtamentum ſin autem ſecundis tabulis ut priores quoque uim obtinerent iuſſerit teſtator: tunc qui ex re certa ſcriptus eſt. uniuerſam hæreditatẽ hæredi qui priori inſtitutus eſt teſtamento, reſtituere tenetur.

Sed & ſi quis priore teſtamento iure perfecto poſterius æquè iure fecerit, etiam ſi ex certis rebus in eo hæredem inſtituerit: ſuperius tamen teſtamentum ſublatum eſſe, diui Seuerus &

Antoninus

Antoninus Auguſti reſcripſerunt. cuius conſtitutionis uerba, & hic inſeri iuſſimus, quum aliud quoque praterea in ea conſtitutione expreſſum ſit. Imperatores Seuerus & Antoninus Auguſti Cocceio Campano. *Teſtamentum ſecundo loco factum, licet in eo certarum rerum hæres ſcriptus ſit, perinde iure ualere, ac ſi rerum mentio facta non eſſet: ſed & teneri hæredem ſcriptum ut contentus rebus ſibi datis, aut ſuppleta quarta ex lege* Falcidia, *hæreditatem reſtituat his, qui in priore teſtamẽto ſcripti fuerant, propter incertæ fideicommiſſi† uerba, quibus ut ualeret prius teſtamentum expreſſum eſt: dubitari non oporteret.* Et *ruptum quidem teſtamentum hoc modo efficitur. Alio autem modo teſtamenta iure facta infirmantur: ueluti cùm is, qui fecit teſtamentum, capite deminutus ſit, quod quibus modis accidat, primo libro*retulimus.* Hoc *autẽ caſu irrita fieri teſtamenta dicuntur: quum alioqui & quæ rumpuntur, irrita fiant: & ea, quæ ſtatim ab initio non iure fiunt, irrita ſint: ſed & ea quæ iura facta ſunt, & poſteà per capitis deminutionem irrita fiunt, poſſumus nihilominus rupta dicere. Sed quia ſanè commodius erat ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui: ideò quædam non iure facta dicuntur, quædam iure facta rumpi, uel irrita fieri.*

†*fideicõmiſſaria*

*tit. 16.

ARGVM.

Capitis deminutione teſtatoris iure ciuili irritum fit teſtamentum, quod tamen (ſi hæres mortis tempore priſtinum ſtatum recuperarit) iure prætorio conualeſcit: & ex ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio peti poteſt.

Non tamen per omnia inutilia ſunt ea teſtamenta, quæ ab initio iure, facta per capitis de-

minutionem irrita facta ſunt, nam ſi ſeptem teſtium ſignis ſignata ſunt, poteſt ſcriptus hæres ſecundum tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem agnoſcere: ſi modo defunctus, & ciuis Romanus & ſuæ poteſtatis mortis tempore fuerit. Nam ſi ideò irritum factum ſit teſtamentum, quia ciuitatem, uel etiam libertatem teſtator amiſit, aut quia in adoptionem ſe dedit, & mortis tempore in adoptiui patris poteſtate ſit, non poteſt ſcriptus hæres ſecundum tabulas bonorũ poſſeſſionem petere.

A R G V M.

Simplici nudaq; uoluntatis expreſsione præcedens ritè factum teſtamentum minimè infirmatur: item poſterioribus tabulis imperfectis non fiunt irritæ priores perfectæ.

Ex eo autem ſolo non poteſt infirmari teſtamentum, quòd poſteà teſtator id noluerit ualere: uſque adeò, ut & ſi quis poſt factum prius teſtamentum poſterius facere cœperit, & aut mortalitate præuentus, aut quia eum eius rei pœnituit id non fecerit: diui Pertinacis oratione cautũ ſit, ne aliàs tabulæ priores iure factæ, irritæ fiant niſi ſequentes iure ordinatæ, & perfectæ fuerint. nam imperfectum teſtamentum ſine dubio nullum eſt.*

* Huius meminit Capitoli, in Perti.

A R G V M.

Si quis idcirco principẽ hæredem ſcripſerit, ut aduerſario cum quo ſibi lis erat, duriorem conſtitueret litigatorem: nulla eſt diſpoſitio huiuſmodi.

*Eadem oratione expreſſit, non * admiſſurum ſe hæreditatem eius, qui litis cauſa principẽ reliquerit hæredem: neque tabulas non legitimè factas, in quibus ipſe ob eam cauſam hæres inſtitutus erat, probaturum: neque ex nuda uoce hæredis*

*l. pen. D. de hęred. inſtitu.

redis

*redis nomen admiſſurum: neque ex ulla ſcriptura, cui iuris authoritas deſit, aliquid adepturũ. Secundum hoc† diui Seuerus, & Antoninus ſæpiſsime reſcripſerunt. Licet enim (inquiunt) legibus ſoluti ſimus, attamen legibus uiuimus.** † hæc

* l. digna uox C. de legib.

De inofficioſo teſtamento.
TITV. XVIII.

ARGVM.

Liberi indebitè exheredati, inofficioſi quærela propoſita, parentum impugnare poſſunt teſtamenta, quod ius parentibus quoq; a liberis exhæredibus factis cõpetit itẽ fratribus, turpi ſcilicet perſona inſtituta reliquis autem cognatis non conceditur hoc quærelæ beneficium.

Quia plerunq; parentes ſine cauſa liberos ſuos exheredãt, uel omittunt, inductum eſt, ut de inofficioſo teſtamento agere poſsint liberi, qui quæruntur aut iniquè ſe exheredatos, aut iniquè præteritos: hoc colore, quaſi non ſanæ mentis fuerint, cùm teſtamentũ ordinarent. Sed hoc† dicitur, non quaſi uerè furioſus ſit, ſed rectè quidem fecerit teſtamẽtum, non autem ex officio pietatis. Nam ſi uerè furioſus ſit†, nullum teſtamentum eſt. Non autem liberis tantùm permiſſum eſt, teſtamentum parentum inofficioſum accuſare, uerùm etiam liberorum parentibus. Soror autem & frater, turpibus† perſonis ſcriptis heredibus, ex ſacris conſtitutionibus prælati ſunt. Non ergo contra omnes heredes agere poſſunt. Vltra fratres igitur, et ſorores cognati nullo modo aut agere poſſunt, aut agentes uincere.*

*l. 2. D. e. † & hoc † eſſet uel demens. *l. 1. D. e. † ignominia notatis

ARGVM.

Subſidiarium eſt quærelæ inofficioſi auxiliũ: idcirco aliis remediis competentibus exerceri non poteſt.

Tam

*l.pen.C. de adop. † definitionem *l.poſthumus. D. hoc titu.

*Tam *autem naturales liberi, quàm ſecundum noſtræ conſtitutionis diuiſionem† adoptati, ita demum de inofficioſo teſtamento agere poſſunt, ſi nullo alio iure, ad defuncti bona uenire poßint. Nam qui ad hæreditatem totam, uel partem eius alio iure ueniunt, de inofficioſo agere non poſſunt. Poſthumi* quoque, qui nullo alio iure uenire poſſunt, de inofficioſo agere poſſunt.*

ARGVM.

Ad inofficioſi teſtamenti quærelam excludendam, quantulumcunque relictum fuiſſe ſat eſt, quod ſi debito bonorum ſubſidio minus ſit, quieſcente quærela, ad ſupplendum quod deeſt agitur.

*l.omnimodo.C. eod. † repleri

Sed hæc ita accipienda ſunt, ſi nihil eis penitus à teſtatoribus teſtamento relictum eſt. quod noſtra conſtitutio ad uerecundiam naturæ introduxit. Sin uerò quantacunque pars hæreditatis uel res eis fuerit relicta: de inofficioſo quærela quieſcente, id, quod eis deeſt, uſq; ad quartam legitimæ partis repleatur: licet nõ fuerit adiectum, boni uiri arbitratu debere eam compleri. †*

ARGVM.

Qui officii neceſsitate coactus legatum ex eo (in quo exhæres factus fuerat) teſtamento petiit, non prohibetur illud inofficioſi quærela impugnare: è regione etiam, qui impugnauit, legato ſibi in eo teſtamento facto minimè priuabitur.

Si tutor nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex teſtamẽto patris ſui legatum acceperit, cùm nihil erat ipſi tutori relictum à patre ſuo, nihilominùs pòterit nomine ſuo de inofficioſo patris teſtamento agere. Sed ſi è contrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioſo egerit,

egerit, & ſuperatus eſt: ipſe tutor, quod ſibi in teſtamento eodem legatum relictum eſt, non amittit.

* Nouisſimo tamen iure, inſtitutionis titulo legitimam relictam eſſe, operæ pretium eſt. §. aliud quoque capitulum. in auth. ut cum de appell. cognoſ.

*Igitur quartam quis debet habere, ut de inofficioſo teſtamento agere non poſſit: ſiue iure hereditario, ſiue iure legati, uel fideicommiſſi, uel ſi mortis cauſa ei quarta donata fuerit, uel inter uiuos: in ijs tantummodò caſibus, quorum mentionem facit noſtra conſtitutio, * uel alijs modis, qui in noſtris conſtitutionibus continentur. Quod autem de quarta diximus, ita intelligendum eſt, ut ſiue unus fuerit, ſiue plures, quibus agere de inofficioſo teſtamento permittitur: una quarta eis dari poſſit, ut ea pro rata eis diſtribuatur.* * d. l. omnimodo.

De hæredum qualitate, & differentia.

TITV. XIX.

HAeredes autem aut neceſſarij dicũtur, aut ſui et neceſſarij, aut extranei. neceſſarius heres eſt ſeruus heres inſtitutus. ideoq; ſic appellatur, quia ſiue uelit ſiue nolit omnino poſt mortem teſtatoris protinus liber & neceſſarius heres fit. Vnde qui facultates ſuas ſuſpectas habent, ſolent ſeruum ſuum primo, aut ſecundo, aut etiam ulteriore gradu hæredem inſtituere: ut ſi creditoribus ſatis non fiat, potius eius heredis bona quàm ipſius teſtatoris à creditoribus poſſideantur, uel diſtrahantur, uel inter eos diuidantur. Pro hoc tamen incommodo, illud

illud ei cōmodum præſtatur: ut ea, quæ poſt mortem patroni ſui ſibi adquiſierit, ipſi reſeruentur. Et quamuis bona defuncti non ſufficiant creditoribus, iterum tamen ex ea cauſa res eius quas ſibi adquiſierit non ueneunt.

ARGVM.

Vt quis ſui nomine dignus ſit, duo copulatim interuenire neceſſum eſt, ut ſcilicet in poteſtate ſit morientis, & priorem locum tunc tēporis obtineat, quorum alterum nequaquam ſufficere aperto iure oſtenditur: & quanquam olim qui ſui erant, ii quoque eſſent neceſſarii, iure tamen prætorio eis abſtinendi beneficium conceditur.

Sui autem & neceſſarij heredes ſunt, ueluti, filius, filia nepos neptiſve ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui in poteſtate morientis modo fuerint, Sed ut nepos neptiſve ſui hæredes ſint, non ſufficit eum eamve in poteſtate aui morientis tempore fuiſſe: ſed opus eſt, ut pater eius, uiuo patre ſuo, deſierit ſuus hæres eſſe, aut morte interceptus, aut qualibet alia ratione liberatus à patris poteſtate. tunc enim nepos, neptiſve in locum patris ſui ſuccedit. Sed ſui quidem hæredes ideò appellantur, quia domeſtici hæredes ſunt, & uiuo quoque patre quodammodo domini exiſtimantur. Vnde etiam ſi quis inteſtatus moriatur, prima cauſa eſt in ſucceſſione liberorū. Neceſſarij uerò ideo dicuntur, quia omnino †, ſiue uelint, ſiue nolint, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, ex lege duodecim* Tabularum hæredes ſiunt. Sed his prætor permittit uolētibus abſtinere hæreditate: ut potius parentis, quàm ipſorum bona ſimiliter à creditoribus poſſideantur. Cæteri qui teſtatoris iuri ſubiecti non ſunt, extranei hæredes appellantur. Itaq; liberi quoque*

*l. in ſuis. D. de lib. & poſth.

†*omnimodo*

*vide ve. Iuriſ. Prateiu lib. 3. l. 33.

que noſtri, qui in poteſtate noſtra non ſunt. hæredes à nobis inſtituti, extranei hæredes nobis uidentur. Qua de cauſa, & qui hæredes à matre inſtituuntur, eodem numero ſunt: quia fœminæ in poteſtate liberos non habent. Seruus quoque hæres à domino inſtitutus, & poſt teſtamentum factum ab eo manumiſſus, eodem numero habetur.

ARGVM.

Extraneum hæredem (quo ex teſtamento ſibi delatam aſſequatur hæreditatem) tribus temporibus eſſe capacem iura requirunt, teſtamenti ſcilicet tempore, & mortis teſtatoris, item aditionis, media autem tempora inter prædicta, hæreditatis capeſſendæ, eum minimè inhabilem reddunt.

*In extraneis*hæredibus illud obſeruatur, ut ſit cum eis teſtamenti factio, ſiue hæredes ipſi inſtituantur ſiue hi, qui in poteſtate eorumſunt, & id duobus temporibus inſpicitur teſtamẽti, quidem facti tempore, ut conſtiterit inſtitutio: mortis uerò teſtatoris, ut effectum habeat. hoc amplius, & cùm adit hæreditatem, eſſe debet cum eo teſtamenti factio ſiue purè, ſiue ſub conditione hæres inſtitutus ſit. Nam ius hæredis eo maximè tempore inſpiciendũ eſt, quo adquirit hæreditatem. Medio autem tempore inter factum teſtamentum, & mortem teſtatoris, uel conditionem inſtitutionis exiſtentem, mutatio iuris non nocet hæredi: quia (ut diximus) tria tempora inſpici debent†. Teſtamenti autem factionem non ſolùm is habere uidetur, qui teſtamẽtum facere poteſt, ſed etiam qui ex alieno teſtamẽto uel ipſe capere poteſt, uel alij adquirere, licet non poſſit facere teſtamentum, Et ideò furioſus, & mutus, & poſthumus, & infans & filius*

*l. ſi alienum. D. de hered. inſtitu.

†*inſpicimus.*

filiusfamiliàs & ſeruus alienus teſtamenti factionem habere dicuntur. Licet enim teſtamentum facere nõ poßint, attamen ex teſtamẽto uel ſibi, uel alij adquirere poſſunt. Extraneis autẽ hæredibus deliberandi poteſtas eſt de adeunda hæreditate, uel non adeunda. Sed ſiue is, cui abſtinendi poteſtas eſt, immiſcuerit ſe bonis hæreditatis: ſiue extraneus, cui de adeunda hæreditate deliberare licet, adierit, poſtea relinquẽdæ hæreditatis facultatem non habet, niſi minor ſit uigintiquinque annis. Nam huius ætatis hominibus, ſicut in cæteris omnibus cauſis, deceptis: ita & ſi temerè damnoſam hæreditatẽ ſuſceperint, prætor ſuccurrit. Sciendum eſt tamen diuum Hadrianum etiam maiori uigintiquinq; annis ueniam dediſſe, cùm poſt aditam hæreditatem grande æs alienum, quod aditæ hæreditatis tempore latebat, emerſiſſet. Sed hoc quidem diuus Hadrianus cuidam ſpeciali beneficio præſtitit. diuus autem Gordianus poſtea† militibus tantummodo hoc conceßit.†

† *in*
† *extẽdi*

A R G V M.

Quiſquis inuentarium rerum hæreditariarũ ritè confecerit, tutus etiam citra deliberationẽ ſubire hæreditatẽ poteſt: creditoribus etenim eatenus tantum tenebitur, quatenus hæreditatis uires ſeſe extendunt.

*Sed noſtra beneuolentia commune omnibus ſubiectis imperio noſtro hoc beneficiũ præſtitit: & conſtitutionem*tam æquißimam, quàm nobilißimam ſcripſit: cuius tenorem ſi obſeruauerint homines, licet eis adire hæreditatem, & in tantum teneri, quantum ualere bona hæreditatis contingit: ut ex hac cauſa neque deliberationis auxilium ſit eis neceſſarium, niſi omiſſa obſeruatione*

*l. ſcimus C. de iur. delib.

ſeruatione noſtræ conſtitutionis, & deliberandū exiſtimauerint, & ſe ſe ueteri grauamini aditionis ſupponere maluerint.

ARGVM.

Etiam nuda uoluntate uerbis, aut facto declarata, aditur hæreditas, facto autem declarat qui ſe pro hærede gerit ideſt, hos actus exercet qui non niſi ab hærede & domino fieri queunt.

Item extraneus hæres teſtamēto inſtitutus, aut ab inteſtato ad legitimam hæreditatem uocatus, poteſt aut pro hærede gerendo, aut etiam nuda uoluntate ſuſcipiendæ hæreditatis hæres fieri. Pro hærede autem gerere quis uidetur, ſi rebus hæreditarijs tanquam hæres utatur, uel uendendo res hæreditarius, uel prædia colendo locandove, & quoquo† modo uoluntatem ſuam declaret, uel re, uel uerbo † de adeunda hæreditate: dummodō ſciat eum, in cuius bonis pro hærede gerit, teſtatum inteſtatumve obijſſe, & ſe ei hæredem eſſe. Pro hærede enim gerere, eſt pro domino gerere. Veteres enim hæredes pro domi-nis appellabant. Sicut autem nuda uoluntate extraneus hæres fit: ita contraria deſtinatione ſtatim ab hæreditate repellitur. Eum, qui ſurdus, uel mutus natus, uel poſtea factus eſt, nihil prohibet pro hærede gerere, & adquirere ſibi hæreditatem: ſi tamen intelligit quod agit†.

†alio

†uerbis

†agitur.

De legatis.

TITV. XX.

ARGVM.

Legatariis triplici actione eorum perſequi poſſe legata, conceſſum eſt uidelicet, perſonali. in rem, & hypothecaria.

P*Oſt hæc uideamus de legatis, quæ pars iuris extra ꝑpoſitā quidē materiā uidetur. (nam loquimur de ijs iuris figuris, quibus*

per

per uniuerſitatem, res nobis adquiruntur) *ſed cùm omnino de teſtamentis, & de hæredibus, qui in teſtamento inſtituuntur, loquuti ſimus: non ſine cauſa ſequenti loco poteſt hac iuris materia tractari. Legatum* itaque eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtanda. Sed olim quidem erant legatorũ genera quatuor: *per uindicationem, per damnationem, ſinẽdi modo. per præceptionem: & certa quædam uerba cuique generi legatorum adſignata erãt, per quæ ſingula genera legatorum ſignificabantur. Sed ex conſtitutionibus diuorum Principũ ſolennitas huiuſmodi uerborum penitus ſublata eſt. Noſtra autem conſtitutio* quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum uoluntates ualidiores eſſe cupientes, & non uerbis ſed uoluntatibus eorum fauentes diſpoſuit, ut omnibus legatis una ſit natura, & quibuſcũque uerbis aliquid relictum ſit, liceat legatarijs id perſequi, non ſolùm per actiones perſonales, ſed etiã per in rem, & per hypotecariam. Cuius conſtitutionis perpenſum modum ex ipſius tenore perfectiſſimè accipere poſſibile eſt.*

*l. legatũ. D. de legat. 2.

*Vlpia. in epito. ti. 24. Caius li. 2. inſti. tit. 5.

*l. 1. C. cõmunia de leg.

ARGVM.

Sublata legatorum & fideicommiſſorum multiplici differentia, omnium hodie una eademq; natura eſt.

Sed non uſque ad eam conſtitutionem ſtandum eſſe exiſtimauimus. Cùm enim antiquitatem inuenimus legata quidem ſtrictè concludentem: fidei commiſſis autem, quæ ex uoluntate magis deſcendebant defunctorum: pinguiorem naturam indulgentem, neceſſarium eſſe diximus, omnia legata fideicõmiſſis exæquare, ut nulla ſit inter ea differentia: ſed quod deeſt legatis,*

*l. 1. D. de leg. 1.

tis,hoc repleatur ex natura fideicommiſſorum: & ſi quid amplius eſt in legatis,per hoc creſcat fideicommiſſorum †natura. Sed ne in primis legum cunabulis permiſtim de his exponendo, ſtudioſis adoleſcentibus quãdam introducamus difficultatem: operæ pretium eſſe duximus, interim ſeparatim prius de legatis, & poſtea de fideicõmiſsis tractare, ut natura utriuſque iuris cognita, facile poſsint permiſtionem eorũ eruditi ſubtilioribus auribus accipere. Non *ſolùm autem teſtatoris, uel hæredis res, ſed etiam aliena legari poteſt: ita, ut hæres cogatur redimere eam, & præſtare, uel ſi eam non poteſt redimere æſtimationem eius dare.* Sed *ſi talis ſit res, cuius commercium nõ eſt, uel adipiſci non poteſt: nec æſtimatio eius debetur: ueluti ſi quis campum Martium, uel baſilicas, uel templa, uel quæ publico uſui deſtinata ſunt legauerit. nam nullius momenti tale legatum eſt. Quod autem diximus alienam rem poſſe legari, ita intelligendum eſt, ſi defunctus ſciebat alienam rem eſſe: nõ ſi ignorabat.* For*ſitan enim ſi ſciuiſſet alienam rem eſſe, non legaſſet, & ita diuus Pius reſcripſit.*

† fideicõmiſſi

* Adnota, Ignorantiam in dubio præſumi: idcirco ſcientiam aſſerens onere probandi grauatur. l. uerius. D. de probã. gloſ. c. 1. de poſtul. prælat. in antiq.

*Et uerius eſt ipſum, qui agit, id eſt, legatariũ probare oportere, ſciuiſſe alienam † rem legare defunctum: non hæredem probare oportere ignoraſſe alienam: quia ſemper neceſſitas probandi incumbit illi qui agit.**

† uel obligatam

*l. 2. D. de proba.

Rei hypothecatæ (quam teſtator cuipiã ſciẽs prudenſq; legauerat) luitio ad hæredem ſpectat niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem appareat.

Sed

Sed & ſi rem obligatam creditori aliquis legauerit, neceſſe habet hæres eam luere. Et in hoc quoque caſu idem placet, quod in re aliena: ut ita demum luere neceſſe habeat hæres, ſi ſciebat defunctus rem obligatam eſſe: & ita diui Seuerus & Antoninus reſcripſerũt. Si tamen defunctus uoluerit legatarium luere, & hoc expreſſerit, non debet hæres eam luere.

ARGVM.

Legatarius rei ſibi legatæ dominium ex cauſa lucratiua nactus, legatum nequaquam petere poteſt diuerſum erit ſi ex oneroſa: qui tamen lucratiuo titulo æſtimationem rei adeptus fuit, non prohibetur ex alio rem ipſam petere.

Si res aliena legata fuerit, & eius rei, uiuo teſtatore legatarius dominus factus fuerit: ſiquidem ex cauſa emptionis, ex teſtamẽto actione pratium conſequi poteſt. Si uerò ex cauſa lucretia, ueluti ex donatione, uel ex alia ſimili cauſa, agere non poteſt. Nam traditum eſt duas lucratiuas cauſam in eundem hominem & eandem rem concurrere non poſſe.* Hac *ratione, ſi ex duobus teſtamentis eadem res eidem debeatur: intereſt, utrùm rem, an æſtimationem ex teſtamento conſequutus ſit, nam ſi rem, habet, agere non poteſt, quia habet eam ex cauſa lucratiua, ſi æſtimationem agere poteſt. Ea quoque res, quæ in rerum natura non eſt, ſi modo futura† eſt, rectè legatum, ueluti fructus qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit.*

*l. omnes D. de obl. & act.

† ἐλπιζόμενα. T.

ARGVM.

Eiuſdẽ rei, legatum, duobus coniunctìm aut ſeparatim factũ, utique acceptãti æquis portionibus quæritur: ſin autẽ alterius portio defecta

fuerit,

fuerit, accreſcendi quodam iure ad collegatarium pertinebit.

Si eadem res duobus legata ſit, ſiue coniunctim, ſiue diſiunctim: ſi ambo perueniant ad legatum, ſcinditur inter eos legatum ſi alter deficiat, quia aut ſpreuerit legatum, aut uiuo teſtatore, deceſſerit, uel alio quoquo modo defecerit, totum ad collegatariũ pertinet. Coniunctim autem legatur, ueluti ſi quis dicat, Titio, & Seio hominem Stichum do, lego. *Diſiunctim ita*, Titio hominem Stichum do, lego. Seio hominem Stichum do, lego. *Sed & ſi † expreſſerit eundem hominem Stichum æque diſiunctim legatum intelligitur.* † ſed ſi

ARGVM.

Si legati fundi proprietas ad legatarium one roſo titulo peruenerit, uſusfructus uerò lucratiuo, proprietatis æſtimationem iudicis officio tãtum conſequetur.

*Si cui fundus*alienus legatus ſit & emerit, proprietatem deducto † uſufructu, & uſusfructus ad eũ peruenerit, & poſteà ex teſtamento. agat, rectè eum agere, & fundum petere, Iulianus ait quia uſusfructus in petitione ſeruitutis locum obtinet. ſed officio iudicis continetur, ut deducto uſufructu iubeat æſtimationem præſtari. Sed ſi rem legatarij quis ei legauerit, inutile eſt legatum: quia quod proprium eſt ipſius, amplius eius fieri nõ poteſt. Et licet alienauerit eã, non debetur nec ipſa res, nec æſtimatio eius. Si quis rem ſuam quaſi alienam legauerit: ualet legatum. nam plus ualet quod in ueritate eſt, quàm quod in opinione. Sed & ſi legatarij eſſe †putauit, ualere conſtat: quia exitum uoluntas defuncti habere poteſt.*

*l. nõ quocunq:. §. 1. D. de lega. 1.
† *detracto*
† *eſſe rem teſtator*

Argum.

ARGVM.

Ita demum rei legatæ alienatio aut pignori datio legatum adimit, ſi teſtatorem adimendi animo alienaſſe conſtet.

Si rem ſuam legauerit, teſtator, poſteaq; eam alienauerit, Celſus putat, ſi non adimendi animo uendidit, nihilominus deberi. Idemq; diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Iidem reſcripſerunt eum, qui poſt teſtamentum factū prædia quæ legata erant, pignori dedit ademiſſe legatum non uideri: & ideo legatarium cum hærede eius agere poſſe, ut prædia à creditore luātur. Si uerò quis partem rei legatæ alienauerit, pars, quæ nō eſt alienata, omnino† debetur. Pars autem alienata ita debetur, ſi non adimēdi animo alienata ſit.*

* extat hoc reſcriptū. l. 3. C. de le.

† *omnimodo*

ARGVM.

Liberationis legatum, tutum legatariū, eiuſque in poſterū iuris ſucceſſores reddit. Actionemq; ei aduerſus creditoris hæredem, ut liber ab obligatione fiat, acquirit.

Si quis debitori ſuo liberationem legauerit, legatum utile eſt, & neque ab ipſo debitore, neque ab hærede eius poteſt hæres petere: neque ab alio, qui hæredis loco ſit. ſed & poteſt à debitore conueniri, ut liberet eum. Poteſt etiam† quis uel ad tempus iubere, ne hæres petat.

† *autem*

ARGVM.

Debitor creditori debitum legando, tūc vtiliter legat, cùm qualecunque commodum creditor ex legato conſequitur.

Ex contrario, ſi debitor creditori ſuo, quod debet legauerit, inutile eſt legatum, ſi nihil plus eſt in legato, quàm in debito: quia nihil amplius per legatum habet. Quod ſi in diem, uel ſub conditione debitum ei purè legauerit: utile eſt legatum,

*tum,propter repræſentationem. Quòd ſi uiuo teſtatore dies uenerit,uel conditio extiterit: Papinianus ſcripſit,*utile eſſe nihilominus legatum: quia ſemel conſtitit,quod & uerum eſt. Non enim placuit ſententia exiſtimantium extinctũ eſſe legatum, quia in eam cauſam peruenerit,a qua incipere non poteſt.*

* l.verbis D.adl.fa.

ARGVM.

Dotis prælegatio uxori à marito facta, iure ſubſiſtit,propter commodum repræſentationis dotẽ igitur(etiam ſi nullam dederit conſequetur vxor: modò certam dotis quantitatẽ teſtator legando expreſſerit.

Sed ſi uxori maritus dotem legauerit, ualet legatum:quia plenius eſt legatum,quàm de dote actio.Sed ſi quam non accepit dotem,legauerit,diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt, ſi quidem ſimpliciter legauerit, inutile eſſe legatum,ſi uerò certa pecunia,uel certum corpus aut inſtrumenta†dotis in prælegando† demonſtrata ſunt,ualere legatum. Si res legata ſine facto †hæredis perierit,legatario decedit. Et ſi ſeruus alienus legatus: ſine facto hæredis manumiſſus fuerit,non tenetur hæres. Si uerò hæredis ſeruus legatus ſit,†& ipſe eum manumiſerit, teneri ipſum Iulianus ſcripſit, nec intereſt, ſciuerit, an ignorauerit à ſe legatum eſſe. Sed & ſi alij donauerit ſeruum,& is,cui donatus eſt, eum manumiſerit,tenetur hæres: quamuis ignorauerit à ſe eum legatum eſſe.

† *inſtrumentum*
† *relegando*
† *ſiue ſine dolo*
† *fuerit.*

ARGVM.

Copulatorũ altero pereunte,aliud æquè principale firmum manet:quod ſi alteri fuerit acceſſorium,principali corruente,& id quod accedit corruere neceſſum eſt.

* l.3.D.& pecu.leg.

*Si quis*ancillas cũ ſuis natis†legauerit,etiã*

† *liberis*

ſi ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt.
*1.4.D.e. *Idem eſt,* & *ſi ordinarij ſerui cum uicarijs legati fuerint: quia licet mortui ſint ordinarij*
*1.1.D.e. *tamen uicarij legato cedunt. Sed* *ſi ſeruus fuerit cum peculio legatus, mortuo ſeruo, uel manumiſſo, uel alienato, peculij legatum extinguitur. Idem eſt, ſi fundus inſtructus, uel cum inſtrumento legatus fuerit. Nam fundo alienato, & inſtrumenti legatum extinguitur. Si grex legatus fuerit, & poſtea ad unam ouem peruenerit: quod ſuperfuerit, vendicari poteſt. Grege autem legato, etiam eas oues, quæ poſt teſtamentum factum gregi adijciuntur, legato cedere, Iulianus ait. Eſt autem*
† enim †*gregis unum corpus ex diſtantibus capitibus. ſicut ædium vnum corpus eſt ex cohærentibus lapidibus. Aedibus denique legatis, columnas & marmora, quæ poſt teſtamentum factum adiecta ſunt, legato dicimus cedere.*

ARGVM.

Quicquid legato peculio, adhuc uiuo teſtatore adcreſcit uel decreſcit, legatarii commodũ vel damnum reſpicit: quicquid verò mortuo teſtatore, nondumq; adita hæreditate accedit ipſi ſeruo manumiſſo cedit, quòd ſi alii quàm ſeruo legatũ ſit, quod ex rebus peculiaribus augmentum proueuit, tantũ cõſequitur legatarius.

Si peculium legatum fuerit: ſine dubio quicquid peculio accedit, uel decedit viuo teſtatore, legatarij lucro vel damno eſt. Quòd ſi poſt mortem teſtatoris, ante aditã hæreditatem aliquid
*l.deniq; §. utrum D. de pec. leg. *ſeruus acquiſierit: Iulianus* ait, ſi quidem ipſi manumiſſo peculium legatũ fuerit, omne, quod ante aditam hæreditatem adquiſitum eſt, legatario cedere: quia huiuſmodi legati dies ab adita hæreditate cedit. ſed ſi extraneo peculiũ legatum*

tum fuerit:non cedere ea legato,niſi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculium.

ARGVM.

Datus libertate in vltima voluntate,peculiũ (niſi expresſim legatum ſit)nequaquam petere poteſt,ſecus ſi inter uiuos: ſi quid autẽ ſeruus, cui peculium quoq; legatum fuit, pro domino impenderit,non repetit. Item legata alicui libertate ſi rationes reddiderit,& reliqua intulerit.etiam legatum videtur peculium.

Peculium autem, niſi legatum fuerit, manumiſſo non debetur: quamuis ſi viuus manumiſerit, ſufficit, ſi non adimatur. & ita diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt. Iidem reſcripſerunt, peculio legato, non videri id relictum, vt petitionem habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impenderit. Iidem reſcripſerunt, peculium videri legatum,cùm rationibus redditis liber eſſe iuſſus eſt,& ex eo reliqua inferre.Tam autem corporales res legari poſſunt,quàm incorporales:& ideo quod defuncto debetur,poteſt alicui legari,ut actiones ſuas hæres legatario præſtet: niſi exegerit uiuus teſtator pecuniam. nam hoc caſu legatum extinguitur. Sed & tale legatum ualet, Damnas eſto hæres meus, domum illius reficere. *uel*, illum ære alieno liberare. *ſi generaliter ſeruus uel res alia legetur, electio legatarij eſt: niſi aliud teſtator dixerit.*

ARGVM.

Optandi ius(quicquid antiquo iure ſeruaretur)hodie ad hæredes transfertur, pluribus aũt quibus optio competit,inuicem circa optandũ diſſentientibus, illius in optione potior erit ſententia, ad quem ſors deuenerit.

Optionis legatum id eſt, ubi teſtator ex ſeru-*

*Vide hic titu.de optio. leg. D.

niſ ſuis uel alijs rebus optare legatarium iuſſerat, habebat olim in ſe † conditionem, & ideo niſi ipſe legatarius uiuus optaſſet, ad hæredem legatum non tranſmittebat. Sed ex conſtitutione noſtra *, & hoc in meliorem ſtatum reformatum eſt: & data eſt licentia hæredi legatarij optare ſeruum, licet uiuus legatarius hoc nõ fecerit. Et diligentiore tractatu habito, & hoc in noſtra conſtitutione additum eſt: ſiue plures legatarij extiterint †, quibus optio relicta eſt, & diſſentiant in corpore eligendo: ſiue unius legatarij plures hæredes ſint, & inter ſe circa optãdum diſſentiant, alio aliud corpus eligere cupiẽte: ne pereat legatum (quod plerique prudentũ contra beneuolentiam introducebãt) fortunam eſſe huius optionis iudicem, & ſorte hoc eſſe dirimendum, ut ad quem ſors peruenerit: illius ſententia in optione præcellat. Legari autem illis ſolùm poteſt, cum quibus teſtamenti factio eſt. Incertis uerò perſonis neque legata, neque fideicommiſſa olim relinqui conceſſum erat. Nam ne miles quidem incertæ perſonæ poterat relinquere, ut diuus Hadrianus reſcripſit. Incerta autem perſona uidebatur, quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubijciebat: ueluti ſi quis ita dicat, Quicunque filio meo filiam ſuam in matrimonium dederit †, ei hæres meus illum fundum dato. Illud quoque, quod ijs relinquebatur, qui poſt teſtamentum ſcriptum primi conſules deſignati eſſent: aquè incertæ perſonæ legari uidebatur. & denique multæ aliæ huiuſmodi ſpecies ſunt. Libertas quoque incertæ perſonæ non uidebatur poſſe dari: quia placebat nominatim ſeruos liberari. Sub certa uerò demon-

† tacitam

* l.fin.C. cõ.de le.

† exiſtãt

† id eſt col locauerit

monſtratione, id eſt ex certis perſonis incerta perſonæ rectè legabatur: ueluti, Ex cognatis meis,*qui nunc ſunt ſiquis filiam meam uxorem duxerit, ei hæres meus illam rem dato. *Incertis autem perſonis legata, uel fideicōmiſſa relicta, & per errorem ſoluta, re peti non poſſe, ſacris conſtitutionibus cautum erat. Poſthumo*quoque alieno inutiliter antea legabatur: Eſt autem alienus poſthumus, qui na tus inter ſuos, hæres† teſtatori futurus non eſt: Ideoq́; ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat poſthumus auo. Sed nec huiuſmodi ſpecies penitus eſt ſine iuſta emendatione relicta quum in noſtro Codice conſtitutio * poſita ſit, per quam, & huic parti medemur, non ſolùm in hereditatibus, ſed etiam in legatis, & fideicommiſſis: quòd euidenter ex ipſius conſtitutionis lèctione clareſcit. Tutor autem nec per noſtram conſtitutionē incertus dari debet: quia certo iudicio debet quis pro tutela ſuæ poſterita ti cauere.* Poſthumus *autem alienus, hæres inſtitui & antè poterat, & nunc poteſt: niſi in utero eius ſit, quæ iure noſtro uxor eſſe non poteſt. Si*quidem in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarij teſtator errauerit, cùm† de perſona conſtat, nibilominus ualet legatum.* Idemq́; *in hæredibus ſeruatur, & rectè.* Nomi*na enim, ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt, qui ſi alio quolibet modo intelligan tur, nihil intereſt.* Huic *proxima eſt illa iuris regula.* Falſa *demonſtratione* legatum non perimi. ueluti ſi quis ita legauerit,* Stichum ſeruum meum uernam do, lego. *Licet enim non uerna, ſed emptus ſit ſi tamen de ſeruo conſtat, utile eſt legatum. Et conuenienter, ſi ita*

*Vid Prateium li. 2. uete. iuriſpru. ad ll. Solōis.

Alcia. lib. 3. Parad, cap. 3.

†*hæredes teſtatoris*

*nō extat

*l. ſi in nomine. C. de teſta.

†*ſi de*

l*. demonſtratio D. de cōd. & demonſt.

demonſtrauerit, Stichum ſeruum, quem à Seio emi, *ſitque ab alio emptus, utile eſt legatum ſi de ſeruo conſtat.*

ARGVM.

Falſæ cauſæ adiectione ita demum legatum perimitur, ſi conditionaliter enuntietur.

Longe magis legato falſa cauſa adiecta non nocet: veluti cùm quis ita dixerit, Titio, quia, me abſente, negotia mea curauit, Stichum do, lego: *vel ita,* Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus ſum, Stichum do, lego. *Licet enim neque negotia teſtatoris vnquā geſſerit Titius, neque patrocinio eius liberatus ſit: legatum tamen ualet. Sed ſi conditionaliter enuntiata fuerit cauſa: aliud iuris eſt, ueluti hoc modo:* Titio, ſi negotia mea curauerit, fundum meum do, lego.

ARGVM.

Hæredis ſeruo purè legari non poteſt, ſub conditione poteſt: effectumq; ſortitur tale legatum, ſi uerificatæ conditionis tempore ab hæredis nexibus ſeruus ſolutus ſit: domino autem (cuius ſeruus hæres ſcriptus fuit) indiſtinctè ualet factum legatum: quod tamen euaneſcit, ſeruo hæreditatem iuſſu domini adeunte.

An ſeruo hæredis rectè legemus, quæritur. & conſtat purè inutiliter legari, nec quicquam perficere, ſi viuo teſtatore de poteſtate hæredis exierit: quia quod inutile foret legatum, ſi ſtatim poſt factum teſtamentum deceſſiſſet teſtator, hoc non debet ideo valere, quia diutius teſtator vixerit. Sub conditione verò rectè legatur ſeruo, vt requiramus, an quo tempore dies legati cedit, in poteſtate hæredis non ſit. Ex di-

uerſo

uerſo: hærede inſtituto ſeruo, quin domino rectè etiam ſine conditione legetur, non dubitatur. Nam & ſi ſtatim poſt factum teſtamentum deceſſerit teſtator, non tamen apud eum, qui hæres ſit, dies legati cedere intelligitur: cùm hæreditas à legato ſeparata ſit: & poßit per eum ſeruum alius hæres effici ſi priùs, quàm iuſſu domini adeat, in alterius poteſtatem trãſlatus ſit vel manumiſſus, ipſe hæres efficitur: quibus caſibus utile eſt legatum. Quod ſi in eadem cauſa permanſerit, & iuſſu legatarij adierit: euaneſcit legatum.

*Adnotato, Potius ſpectandam uoluntatẽ, quàm ſcripturæ ordinem. l. nec enim D. de ſolut.

Ante hæredis inſtitutionem inutiliter anteà legabatur: ſcilicet quia teſtamenta uim ex inſtitutione hæredis † accipiunt: & ob id ueluti caput, atque fundamentum intelligitur totius teſtamenti hæredis inſtitutio. Pari ratione nec libertas ante hæredis inſtitutionem dari poterat. Sed quia inciuile eſſe putauimus, ſcripturæ ordinem quidem ſequi (quòd & ipſi antiquitati uituperandum fuerat uiſum) ſperni autem teſtatoris uoluntatem: per noſtram conſtitutionem & hoc uitium emendauimus: ut liceat & ante hæredis inſtitutionem, & inter medias hæredum inſtitutiones legatum relinquere: & multo magis libertatem, cuius uſus fauorabilior eſt. Poſt mortem quoque hæredis aut legatarij ſimili modo inutiliter legabatur: ueluti ſi quis ita dicat, Cùm hæres meus mortuus fuerit, † do, lego. Item, Pridie quàm hæres aut legatarius morietur. *Sed ſimili modo & hoc*

† *hæredũ*

† *erit.*

l.1.C.ut a&.ab hæred. correximus, firmitatem huiuſmodi legatis ad fideicommiſſorum ſimilitudinem præſtantes: ne in hoc caſu deterior cauſa legatorum: quàm fideicommiſſorum inueniatur. Pœnæ quoque nomine inutiliter antea legabatur, & adimebatur, uel transferebatur, Pœna autem nomine legari uidetur, quod coercendi hæredis cauſa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat: ueluti ſi quis ita ſcripſerit, Hæres meus, ſi filiam ſuam in matrimonium Titio collocauerit, uel ex diuerſo Si non collocauerit, dato decem aureos Seio. Aut ſi ita ſcripſerit, Hæres meus ſi ſeruum † Stichum alienauerit, uel ex diuerſo, Si non alienauerit, Titio decem aureos dato. Et in tantũ hæc regula obſeruabatur, ut quàm plurimis principalibus cõſtitutionibus ſignificaretur†, nec principem agnoſcere, quod ei pœnæ nomine legatum ſit, nec ex militis quidẽ teſtamento talia legata ualebant: quamuis aliæ militum uoluntates in ordinandis teſtamentis ualde obſeruabantur. quinetiam nec libertates pœnæ nomine dari poſſe placebat: eo amplius nec hæredem pœnæ nomine adjci poſſe, Sabinus exiſtimabat: ueluti ſi quis ita dicat, Titius hæres, eſto, ſi Titius filiam ſuam in matrimonium Seio collocauerit, Seius quoque hæres eſto. Nihil enim intererat, qua ratione Titius coerceretur, utrùm legati datione, an cohæredis adiectione. Sed huiuſmodi ſcrupuloſitas nobis non placuit: & generaliter ea, quæ relinquuntur, licet pœnæ nomine fuerint relicta, uel adempta, uel in alium tranſlata: nihil diſtare à cæteris legatis conſtituimus,* uel in dando, uel in adimendo, uel in transferendo: exceptis uidelicet ijs, quæ impoſſi-

†meum

†ſignificetur,

*l.1.C.de iis, quæ pę.nomi.

impoſſibilia ſunt , uel legibus interdicta , aut aliàs probroſa, Huiuſmodi enim teſtamentorum †diſpoſitiones ualere , ſecta meorum temporum non patitur .

†*teſtatorum* Th.

De ademptione legatorum & translatione .

TIT. XXI.

ARGVM.

Quod cuipiam teſtamento relictum fuit, pōt eodem, alterove teſtamento quibuslibet verbis adimi, uel ad alium transferri.

A*Demptio legatorum* (*ſiue eodem teſtamento adimantur, ſiue codicillis*) *firma eſt . ſed & ſiue contrarijs uerbis fiat ademptio: ueluti ſi quis ita quid legauerit*, Do, lego: *ita adimatur*, Non do, non lego : *ſiue non contrarijs , ſed alijs quibuſcunque uerbis .* Trāsferri* *quoque legatū ab alio ad alium pōt: ueluti ſi quis ita dixerit*, Hominem Stichum quem Titio legaui, Seio do, lego: *ſiue in eodem teſtamento, ſiue in codicillis hoc fecerit quo caſu ſimul & Titio adimi uidetur & Seio dari.*

* Tranſlatio fit quatuor modis. l. trāſlatio D. de adim. le.

De lege Falcidia .

TIT. XXII.

ARGVM.

Ne ſuprema teſtantium iudicia non adita hęreditate corruant, lege Falcidia cautum fuit ne cuipiam bonorum ultra dodrantem legatis exhaurire fas ſit: alioqui quadrans hæreditatis per legem Falcidiam reſecatur, & penes vnum plures ve hæredes remanet.

S*Vpereſt , ut de lege Falcidia diſpiciamus , quà modus nouiſſimè legatis impoſitus eſt . Cùm enim olim lege duodecim tabularum* **libera erat legādi poteſtas, ut liceret uel totū patrimoniū legatis erogare (quippe cū ea lege*

Vi le ve. iuri ru. Pra . iili. 3. l. 31. ſūpta autē fuit hac ex legib Solonis.

 ita

ita cautū eſſet, Vti quiſq; legaſsit, ſuæ rei ita ius eſto.) *uiſum eſt hanc legandi licentiam coarctare: idque ipſorum teſtatorū gratia prouiſum eſt, ob id, quòd plerunque inteſtati moriebantur, recuſantibus ſcriptis hæredibus, pro nullo aut minimo lucro hæreditates adire. Et cùm ſuper hoc tam lex* Furia, *quàm lex* Voconia *latæ ſunt, quarum neutra ſufficiens ad rei conſummationem uidebatur, nouiſſimè lata eſt lex* Falcidia, *qua cauetur, ne plus legare liceat, quàm dodrantem totorum bonorum: id eſt, vt ſiue unus hæres inſtitutus ſit,* † *ſiue plures, apud eum eoſve pars quarta remaneat.* †

† *eſſet,*
† *remaneret.*

A R G V M.

Hæredum quilibet partis ſuæ legatis exinanitæ quartam detrahere poteſt: quamuis cohæredis portio nullatenus grauata extiterit.

Et cùm quæſitum eſſet duobus hæredibus inſtitutis (ueluti Titio *&* Seio *) ſi* Titij *pars aut tota exhauſta ſit legatis, quæ nominatim ab eo data ſunt, aut ſupra modum onerata: à* Seio *verò aut nulla relicta ſint legata, aut quæ partem eius duntaxat in partem dimidiam diminuant: an quia is quartam partem totius hæreditatis aut amplius habet,* Titio *nihil ex legatis, quæ ab eo relicta ſunt, retinere liceat, ut quartam partem ſuæ partis ſaluam habeat, placuit poſſe retinere. etenim in ſingulis hæredibus ratio legis* Falcidiæ *ponenda eſt.*

A R G V M.

Vt Falcidiæ locus ſit uel non, quantitas patrimonii teſtatoris à morte ſpectanda eſt: ideo ut bona mortuo teſtatore, hæreditate iacente aucta, nihil obſint heredi, quin quartam de legatis detrahat, ita & deminuta non prohibēt quin ſolida legata debeantur.

Quantitas

Quantitas * *autem patrimonij, ad quam ratio legis* Falcidiæ *redigitur, mortis tempore ſpectatur.* Itaque *(uerbi gratia) ſi is, qui centum aureorum patrimonium in bonis habeat, cētum aureos legauerit, nihil legatarijs prodeſt, ſi ante aditam hæreditatē per ſeruos hæreditarios, aut ex partu ancillarū hæreditariarū, aut ex fœtu pecorum tantùm acceſſerit hæreditati, ut centū aureis legatorū nomine erogatis, hæres quartā partem hæreditatis habiturus ſit: ſed neceſſe eſt, ut nihilominus quarta pars legatis detrahatur.* Ex *diuerſo, ſi ſeptuagintaquinque legauerit, & ante aditam hæreditatem in tantùm decreuerunt bona (incendijs fortè, aut naufragijs, aut morte ſeruorum) ut non amplius, quàm ſeptuagintaquinq; aureorum ſubſtantia, uel etiàm minus relinquatur, ſolida legata debentur.* Nec *ea res damnoſa eſt hæredi, cui liberum eſt non adire hæreditatem. quæ res efficit, ut ſit neceſſe legatarijs, ne deſtituto teſtamento nihil conſequantur, cum hærede in portione* † *paciſci.*

*l. in quātitate. D. eod.

† *legatorum.*

ARGVM.

Falcidię ratio ita habenda eſt: primùm omne æs alienum, funeris impēſa, & ſeruorum pretia deducuntur: exinde ſi quod reliqui eſt, à legatis exuperetur, vſq; adeò quorumlibet minuuntur legata, vt viribus patrimonii coæquētur: poſtremò ita Falcidia detrahitur, vt quadrantē hęres, dodrantem verò legatarii ferant.

Cùm autē ratio legis Falcidiæ *ponitur, antè deducitur æs alienum, item funeris impenſa, & pretia ſeruorum manumiſſorum: tunc demum in reliquo ita ratio habetur, ut ex eo quarta pars apud hæredem* † *remaneat: tres uerò partes inter legatarios diſtribuantur: pro rata ſcilicet portione eius, quod cuique eorū legatum*

† *hæredes*

* d.l. in quãtitate §.fi. D.e.

*tum fuerit. Itaque * ſi fingamus quadringentos aureos legatos eſſe, & patrimonij quantitatem ex qua legata erogari oportet, quadringentorum eſſe: quarta pars legatarijs ſingulis debet detrahi. Quod ſi trecentos quinquaginta legatos ſingamus: octaua debet detrahi. Quòd ſi quingentos legauerit: initio quinta, deinde quarta detrahi debet. Antè enim detrahendũ eſt, quod extra bonorum quantitatem eſt, deinde quod ex bonis apud hæredem remanere oportet.*

De fideicommiſſariis hæreditatibus, & ad ſenatuſconſultum Trebellianum.

TIT. XXIII.

ARGVM.

Fideicommiſſa ab hæredis fide nomen acceperunt: quæ licet nulla iuris neceſsitate, ſed ſolo fidei pudore olim præſtarentur, hodie tamẽ ad iuris neceſsitatem reducta ſunt.

† & prius de

NVnc tranſeamus ad fideicommiſſa: ſed prius† eſt, ut de hæreditatibus fideicommiſſariis uideamus. Sciendũ itaq; eſt, omnia fideicõmiſſa primis temporibus infirma fuiſſe: quia nemo inuitus cogebatur præſtare id, de quo rogatus erat. Quibus enim nõ poterant hæreditatem, uel legata relinquere, ſi relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex teſtamento poterant hæreditatem. Et ideo fideicommiſſa appellata ſunt, quia nullo uinculo, iuris, ſed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Poſtea diuus Auguſtus primus, ſemel, iterumq; gratia perſonarum motus, uel quia per ipſius ſalutem rogatus quis diceretur, aut ob inſignem quorundam perfidiam, iuſſit

Conſulibus

Conſulibus auctoritatē ſuam interponere. Quod quia iuſtum uidebatur, & populare erat, paulatim cōuerſum eſt in aßiduam iuriſdictionem: tantusq; eorum fauor factus eſt, ut paulatim etiam. Prætor *proprius crearetur, qui de fideicommißis ius diceret, quem fideicommiſſarium appellabant. In primis igitur ſciendum eſt, opus eſſe, ut aliquis recto iure teſtamento hæres inſtituatur: eiusq; fidei committatur, ut eam hæreditatem alij reſtituat, alioqui inutile eſt teſtamentum, in quo nemo hæres inſtituitur. Cùm igitur aliquis ſcripſerit,* Lucius Titius hæres eſto: *poteſt* † *adijcere,* Rogo te Luci Titi, ut cùm primùm poteris hæreditatem meam adire, eam Caio Seio reddas, reſtituas. *Poteſt autem quiſque & de parte reſtituēda hæredem rogare: & liberum eſt, uel purè, uel ſub conditione* * *relinquere fideicommiſſum, uel ex certo die.*

† *poterit*

*l. facta §. ſub cōditione. D. ad S. C. Trebel.

A R G V M.

Reſtituta hæreditate, nomen hæredis indelebile apud reſtituentem remanet in fideicommiſſarium uerò actiuæ, paſsiuæq; actiones transferuntur.

Reſtituta autem hæreditate, is quidē, qui reſtituit, nihilominùs hæres permanet: is uerò, qui recepit hæreditatem aliquādo hæredis, aliquando legatarij loco habetur. Et Neronis *quidem tēporibus* Trebellio Maximo, *&* Anneo Seneca *Conſulibus ſenatus conſultum, factum eſt: quo cautum eſt, ut ſi hæreditas ex fideicōmißi cauſa reſtituta ſit* † *omnes actiones, quæ iure ciuili hæredi & in hæredem competerent, ei & in eū darentur, cui ex fideicommiſſo reſtituta eſſet hæreditas. Poſt quod ſenatuſconſultum* Prætor *utiles*

† *eſſet*

utiles actiones ei & in eum, qui recepit hæreditatem, quaſi hæredi & in hæredem dare cœpit.

ARGVM.

Pegaſiano ſenatuſconſulto introductum fuerat, hæredem totam hęreditatem reſtituere grauatum, quadrantem detrahere poſſe, ne ſolo nomine hæres eſſet actionibus tamen actiuis paſſiuisq; apud eum remanentibus, niſi ſtipulatione ſibi prouideret, vt damnum lucrumq;, ſibi & fideicommiſſario pro quota commune foret, ſin autem intra dodrantem reſtituere rogabatur, tunc Trebelliano Senatuſconſulto locus erat, ex quo tam hæres, quàm fideicommiſſarius pro ratis portionibus onera ſuſtinebant.

Sed quia hæredes ſcripti, cùm aut totam hæreditatem, aut penè totam plerunque reſtituere rogabantur, adire hæreditatem ob nullum, uel minimum lucrum recuſabant, atque ob id extinguebantur fideicommiſſa: poſteà Veſpaſiani Augusti temporibus Pegaſo, & Puſione Conſulibus ſenatus cenſuit, ut ei, qui rogatus eſſet hæreditatem reſtituere, perinde liceret, quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. Ex ſingulis quoque rebus. quæ per fideicommiſſum relinquuntur: eadem retentio permiſſa eſt. Poſt quod ſenatuſconſultum ipſe hæres onera hæreditaria ſuſtinebat: ille autem, qui ex fideicommiſſo recipiebat partem hæreditatis, legatarij partiarij loco erat, id eſt, eius legatarij, cui pars bonorum legabatur: quæ ſpecies legati partitio uocabatur: quia cum hærede legatarius patiebátur hæreditatem. Vnde quæ ſolebant ſtipulationes inter hæredem, & partiarium legatarium interponi, eadem interponebantur inter eum, qui ex fideicommiſſo recepit hæreditatem, & hæredem, id eſt, ut lucrum, & damnum

damnum hæreditariũ pro rata parte inter eos commune eſſet. Ergo ſi quidem non plus, quàm dodrantẽ hæreditatis ſcriptus hæres rogatus ſit reſtituere, tunc ex Trebelliano *ſenatuſconſulto reſtituebatur hæreditas, & in utrumque actiones hæreditariæ pro rata parte dabantur: in hæredem quidem iure ciuili: in eum uerò, qui recipiebat hæreditatẽ ex ſenatuſconſulto* Trebelliano, *tanquam in hæredem. At ſi plus quàm dodrãtem, uel etiã totam hæreditatem reſtituere rogatus eſſet, locus erat* Pegaſiano *ſenatuſcõſulto: & hæres, qui ſemel adierat hæreditatẽ (ſi modò ſua uoluntate adierat) (ſiue retinuerat quartam partẽ, ſiue retinere uoluerat, ipſe uniuerſa onera hæreditaria ſuſtinebat. Sed quarta quidem retenta quaſi partis & pro parte ſtipulationes interponebantur, tanquam inter partiarium legatarium, & hæredem, ſi uerò totam hæreditatem reſtitueret: empta & uendita hæreditatis ſtipulationes imponebantur.*

ARGVM.

Hæreditatem reſtituere grauatus, inuitus adire & reſtituere cogitur: quo caſu in fideicommiſſarium omnes trãſmittuntur actiones.

Sed ſi recuſabat ſcriptus hæres adire hæreditatem, ob id, quòd diceret eam ſibi ſuſpectam eſſe quaſi damnoſam, cauebatur Pegaſiano *ſenatuſconſulto, ut deſiderante eo, cui reſtituere rogatus eſſet, iuſſu* Prætoris *adiret, & reſtitueret hæreditatem: perindeq́; ei, & in eum, qui reciperet hæreditatem actiones darentur ac iuris eſt ex* Trebelliano *ſenatuſcõſulto, quo caſu nullis ſtipulationibus eſt opus: quia ſimul & huic, qui reſtituit, ſecuritas datur: & actiones*

hæreditariæ

hæreditariæ ei & in eum transferuntur, qui recipit hæreditatem, utroque ſenatuſconſulto in hac ſpecie concurrente.

ARGVM.

Exploſo Senatuſconſulto Pegaſiano, & omni eius authoritate Trebelliano attributa, hodie hæres reſtituere grauatus, quadrantem hæreditatis indiſtinctè conſequitur: actionesq; inter eum & fideicommiſſarium pro quota portione ſcinduntur: niſi aut totam hæreditatem ſponte reſtituat, aut coactus adeat: quibus ſanè caſibus quicquid commodi uel oneris eſt in hæreditate, id totum in fideicommiſſarium deuoluitur.

Sed quia ſtipulationes ex ſenatuſconſulto Pegaſiano deſcendentes, & ipſi antiquitati diſplicuerunt, & quibuſdam caſibus captioſas eas homo excelſi ingenij Papinianus appellat, et nobis in legibus magis ſimplicitas, quàm difficultas placet: ideò omnibus nobis ſuggeſtis tam ſimilitudinibus, quàm differentijs utriuſq; ſenatuſconſulti, placuit, exploſo ſenatuſconſulto Pegaſiano quod poſtea ſuperuenit, omnem auctoritatem Trebelliano ſenatuſconſulto præſtare, ut ex eo fideicommiſſariæ hæreditates reſtituantur: ſiue habeat hæres ex uoluntate teſtatoris quartam, ſiue plus, ſiue minus, ſiue nihil penitus: ut tunc quando, uel nihil, uel minus quarta apud eum remanet, liceat ei, uel quartam, uel quod deeſt, ex noſtra authoritate† retinere, uel repetere ſolutum quaſi ex Trebelliano ſenatuſconſulto: pro rata portione actionibus, tam in hæredē, quàm in fideicommiſſarium competentibus. Si uerò totam hæreditatem ſponte reſtituerit, omnes hæreditariæ actiones fideicommiſſario, & aduerſus eum competant. Sed etiam id, quod precipuum

†conſtitutione

Pegaſiani

Pegaſiani ſenatuconſulti fuerat,ut quando recuſaret†hæres ſcriptus ſibi datam hæreditatem adire, neceſsitas ei imponeretur totam hæreditatem uolenti fidicommiſſario reſtituere,& omnes ad eum & cōtra eum transferre†actiones: & hoc tranſpoſuimus ad ſenatuſconſultum Trebellianum,*ut ex hoc ſolo neceſsitas hæredi imponatur, ſi ipſo nolente adire, fideicommiſſarius deſideret reſtitui ſibi hæreditatem, nullo nec damno nec†commodo apud hæredem remanente.* N*ihil autem intereſt, utrum aliquis ex aſſe hæres inſtitutus aut totam hæreditatem, aut pro parte reſtituere rogatur: an ex parte hæres inſtitutus aut totam eam partem, aut partem partis reſtituere rogatur.* Nam *& hoc caſu eadem obſeruari præcipimus, quæ in totius hæreditatis reſtitutione diximus.*

†recuſabat

†tranſire

†etiam

ARGVM.

Hæreditatem deducta quarta reſtituere grauatus,pro ea parte hæreditaria onera ſuſtinet: quod ſi certa re quantumuis maxima, certave quantitate præcepta, reſtituere rogetur,nullatenus oneribus implicatur:ſed uniuerſa ad fideicommiſſarium conuolant

Si quis una aliqua re deducta, ſiue præcepta quæ quartam cōtinet(ueluti fundo, uel alia re) rogatus ſit reſtituere hæreditatem ſimili modo ex Trebelliano *ſenatuſconſulto reſtitutio fiat, perinde ac ſi quarta parte retenta rogatus eſſet reliquam hæreditatem reſtituere.* Sed *illud intereſt,quod altero caſu,ideſt, cùm deducta, ſiue præcepta aliqua re reſtituitur hæreditas:in ſolidum ex eo ſenatuſcōſulto actiones transferūtur & res,quæ remanet apud hæredē,ſine ullo onere hæreditario apud eū remanet,†quaſi ex legato ei adquiſita.altero uerò caſu id eſt,cum quarta parte*

†manet

ta parte retenta, rogatus eſt hæres reſtituere hæreditatem & reſtituit, ſcinduntur actiones, & pro dodrante quidem transferuntur ad fideicõmiſſarium, pro quadrante remanent apud hæredem. Quinetiam licet una re aliqua deducta, aut præcepta reſtituere aliquis hæreditatẽ rogatus ſit, in qua maxima pars hæreditatis contineatur: æquè in ſolidum transferũtur actiones. Et ſecum deliberare debet is, cui reſtituitur hæreditas, an expediat ſibi reſtitui. Eadem ſcilicet interueniunt, & ſi duabus pluribuſve deductis præceptiſve rebus reſtituere hæreditatẽ rogatus ſit. Sed & ſi certa ſumma deducta præceptave, quæ quartam uel etiam maximam partem hæreditatis continet, rogatus ſit aliquis hæreditatem reſtituere: idem iuris eſt. Quæ autẽ diximus de eo, qui ex aſſe inſtitutus eſt: eadem transferimus, & ad eum, qui ex parte hæres ſcriptus eſt. Præterea inteſtatus quoque moriturus, poteſt rogare eum, ad quẽ bona ſua uel legitimo iure, uel honorario pertinere intelligit: ut hæreditatẽ ſuam † totam, partemve eius, aut rem aliquam (ueluti fundum, hominem, pecuniam) alicui reſtituat, cùm alioqui legata, niſi ex teſtamento non ualeant. Eum quoq;, cui aliquid reſtituitur poteſt rogare, ut id rurſum alij aut totum, aut partem, uel † etiam aliquid aliud reſtituat.

† *eius*

† *pro parte*

ARGVM.

Quis ſit huius literæ ſenſus, acerrimè inter iuris commentatores pugnatum eſt, ad extremumq; anhelitum uſq; laboratum: iuxtà tamen receptiorẽ & communi calculo probatam ſententiam, hoc dicat: Si quis legum ſolennia obſeruare nolens, hæredi fide ac legalitate fretus, fideicommiſſum reliquerit, iuſiurandum ſubire cogitur hæres: num tale quid relictum fuerit:

quod

quod ſi recuſet, ad fideicommiſſi ſolutionem arctatur: nec audiendus eſt ſi minus ſolennem uoluntatem alleget.

Et quia prima fideicōmiſſorum cunabula à fide hæredū pendent, & tam nomē, quàm ſubſtantiā acceperunt, ideò diuus Auguſtus ad neceſſitatē iuris ea retraxit†. Nuper & nos eundē principem ſuperare contendentes ex facto, quod Tribonianus uir excellentiſſimus exquæſtor ſacri palatij ſuggeſſit, cōſtitutionem fecimus, per quam diſpoſuimus, ſi teſtator fidei hæredis ſui commiſit, ut uel hæreditatem, uel ſpeciale fideicommiſſum reſtituat, & neq; ex ſcriptura, neq; ex quinque teſtium numero (qui in fideicōmiſſis legitimus eſſe noſcitur) poſſit res manifeſtari, ſed uel pauciores, quàm quinque uel nemo penitus teſtis interuenerit: tūc ſiue pater hæredis ſiue alius quicunq; ſit, qui fidem hæredis elegerit, & ab eo reſtitui aliquid uoluerit, ſi hæres perfidia tentus adimplere fidē recuſat, negando rem ita eſſe ſubſequutam ſi fideicōmiſſarius iuſiurādum ei detulerit cùm prius ipſe de calumnia iurauerit neceſſe eū habere uel iuſiurādū ſubire, quod nihil tale à teſtatore audiuerit, uel recuſantē ad fideicōmiſſi, uel uniuerſalis†, uel ſpecialis ſolutionem coarctari, ne depereat ultima uoluntas teſtatoris fidei hæredis cōmiſſa. Eadē obſeruari cenſuimus, & †ſi à legatario uel fideicōmiſſario aliquid ſimiliter relictū ſit. Quod ſi is, à quo relictum dicitur poſtquàm negauerit, confiteatur quidē aliquid à ſe relictum eſſe, ſed ad legis ſubtilitatem recurrat, omnino ſoluere cogendus eſt.*

† *detraxit*

*l. fi. C. de fideicō.

†*uniuerſitatis C.*

†*etiam*

De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis.

TITVL. XXIIII.

Poteſt

†autem POteſt tamen† quis etiam ſingulas res per fideicommiſſum relinquere: ueluti fundū, argentū hominē ueſtē: et pecuniā numeratā: et uel ipsū haredē rogare ut alicui reſtituat, uel legatariū, quāuis à legatario legari nō poſſit

* Adnota, Eatenus quem fideicommiſſis grauari poſse, quatenus honoratur. l. 3. §. Iulianus. D. de lega. 1. & ibi not. & not. in l. ab eo. C. de fideicom.

Poteſt autē nō ſolùm proprias res teſtator per fideicōmiſſum relinquere, ſed & hæredis aut legatarij aut fideicōmiſſarij, aut cuiuſlibet alterius. Itaque & legatarius & fideicommiſſarius nō ſolùm de ea re rogari poteſt, ut eā alicui reſtituat, quæ ei relicta ſit, ſed etiā de alia, ſiue ipſius, ſiue aliena ſit. Hoc ſolùm obſeruandū eſt, ne plus quiſquā rogetur alicui reſtituere, quàm ipſe ex teſtamēto ceperit. nā quod amplius eſt, inutiliter relinquitur. Cùm autem aliena res per fideicōmiſſum relinquitur: neceſſe eſt ei, qui rogatus eſt, aut ipſam redimere & præſtare, aut æſtimationē eius ſoluere. Libertas quoque ſeruo per fideicōmiſſum dari poteſt, ut hæres eū rogetur manumittere, uel legatarius, uel fideicōmiſſarius, nec intereſt, utrùm de ſuo proprio ſeruo teſtator roget, an de eo, qui ipſius hæredis, aut legatarij, uel etiā extranei ſit. Itaque & alienus ſeruus redimi, & manumitti debet. Quod ſi dominus eū nō uēdat, ſi modò nihil ex iudicio eius, q̄ reliquit libertatē, perceperit†: nō ſtatim extin-
†recipit guitur fideicommiſſaria libertas, ſed differtur: quo ad† poſſit tempore procedente, ubicunque oc-
†quia caſio ſerui redimendi fuerit, præſtari libertas.

ARGVM.

Directæ liberati datus, teſtatoris libertus eſ efficitur

ficitur: fideicommiſſariam autem adeptus libertatem, hæredis eſt libertus.

Qui autẽ ex fideicõmiſſi cauſa manumittitur, nõ teſtatoris fit libertus, etiã ſi teſtatoris ſeruus ſit, ſed eius, qui manumittit. At is, qui directò ex teſtamẽto liber eſſe iubetur, ipſius teſtatoris libertus fit: qui etiã orcinus appellatur. Nec alius ullus directo ex teſtamẽto libertatẽ habere poteſt, quàm qui utroque tempore teſtatoris fuerit, & quo faceret teſtamentũ, & quo moreretur. Directo† autẽ libertas tunc dari uidetur, cùm nõ ab alio ſeruũ manumitti rogat, ſed uelut ex ſuo teſtamẽto libertatẽ ei cõpetere uult. Verba autẽ fideicõmiſſorum hæc maximè in uſu habẽtur,* Peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo. *quæ perinde ſingula firma ſunt, atque ſi omnia in unum congeſta eſſent.*

*vide Alciat. li. 1. prçterm.

† *directa*

De codicillis.

TIT. XXV.

ARGVM.

Codicillos etiam non teſtatus quiuis facere poteſt porrò ante teſtamentum facti, nulla expreſſa confirmatione (nouo iure) indigent.

Ante Auguſti tempora cõſtat codicillorũ ius in uſu non fuiſſe, ſed primus Lucius Lentulus (ex cuius pſona etiã fideicõmiſſa eſſe cœperunt) codicillos introduxit. Nã cùm decederet† in Africa, ſcripſit codicillos teſtamento confirmatos, quibus ab Auguſto petijt per fideicommiſſum, ut faceret aliquid. Et cum diuus Auguſtus uoluntatẽ eius impleſſet, deinceps reliqui eius auctoritatem ſequuti fideicommiſſa præſtabant: & filia Lentuli legata: quæ iure non debebat: ſoluit. Dicitur autẽ Auguſtus conuocaſſe ſapientes† uiros, interq; eos Trebatium

† *diſcederet*

† *prudentes*

Trebatium quoque, cuius tũc auctoritas maxima erat et quæſiſſe, an poſſet recipi hoc, nec abſonans à iuris ratione codicillorum uſus eſſet: & Trebatiũ ſuaſiſſe Auguſto, quod diceret utiliſſimũ & neceſſariũ hoc ciuibus eſſe propter magnas & lõgas peregrinationes, quæ apud ueteres fuiſſent. ubi ſi quis teſtamentũ facere nõ poſſet, tamẽ codicillos poſſet. Poſt quæ tẽpora cũ & Labeo codicillos feciſſet: iã nemini dubiũ erat, quin codicilli iure optimo admitterẽtur. Nõ tantũ autẽ teſtamẽto facto poteſt quis codicillos facere, ſed & inteſtatus quis decedẽs fideicõmittere codicillis poteſt. Sed cùm ante teſtamẽtũ factũ codicilli facti erãt Papinianus ait non aliter uires habere, quàm ſi ſpeciali poſtea uoluntate† cõfirmentur. Sed diui Seuerus & Antoninus reſcripſerũt: ex ijs codicillis, qui teſtamentũ præcedũt poſſe fideicõmiſſũ peti, ſi appareat eũ qui teſtamentum fecit à uoluntate quam in codicillis expreſſerat, non receſſiſſe.*

*l. ante tabulas. D. co.

† *teſtamẽto.* D.

ARGVM.

Codicillis nec dari nec adimi directo hæreditas poteſt: nec inſtituto hæredi conditio adiici, nec directò ſubſtitui: fideicõmiti autẽ poteſt.

Codicillis autẽ hæreditas, neque dari, neque adimi poteſt: ne cõfundatur ius teſtamentorũ et codicillorũ: & ideo nec exhæredatio ſcribi. Directò autẽ hæreditas codicillis, neq; dari, neque adimi poteſt. nã per fideicõmiſſum hæreditas, codicillis iure relinquitur. Nec conditionẽ hæredi inſtituto codicillis adijcere: neq; ſubſtituere directo quis poteſt Codicillos autẽ etiam plures quis facere poteſt, & nullam ſolennitatem ordinationis deſiderant.*

*l. 6. D. e. quã uide.

LIBRI SECVNDI FINIS.

INSTITVTIONVM, SEV ELEMENTORVM D. IVSTINIANI Sacratiſſimi Principis

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

LIBER III.

De hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur.

TITVLVS I.

INTESTATVS* *decedit, qui aut omnino teſtamentum non fecit: aut non iure fecit: aut, id quod fecerat, ruptum, irritumve factum eſt: aut ſi ex eo nemo hæres extiterit.* *l.1.D.de ſuis & legit.

ARGVM.

Inteſtatorum hæreditates ſuis hæredibus in primis deferuntur: in quorum numero ſunt naturales liberi, quàm primum legitimi ſecundũ præſcriptos in lege modos ſunt effecti.

Inteſtatorum autem hæreditates ex lege duodecim tabularũ, primùm ad ſuos hæredes pertinent. Sui autẽ hæredes exiſtimantur (ut ſupra diximus) qui in poteſtate morientis fuerint ueluti filius filiave, nepos neptiſve ex filio, pronepos proneptiſve ex nepote, ex filio nato prognatus†prognatave.* Nec intereſt, utrùm naturales *ſint liberi, an adoptiui. Quibus connumerari neceſſe eſt etiam eos, qui ex legitimis quidem nuptijs: uel matrimonijs non ſunt progeniti, curijs tamen*

*§.ſui.ſupra de hęred. qualit.

†progenitus

tamen ciuitatum dati ſecundum diualium conſtitutionem, quæ ſuper his poſita ſunt tenorem, hæredum ſuorum iura nanciſcuntur. Necnõ eos, quos noſtræ amplexæ ſunt conſtitutiones, * *per quas iuſsimus, ut ſi quis mulierem in ſuo contubernio copulauerit, nõ ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere coniugium, & ex ea liberos ſuſtulerit, poſtea uerò affectione procedente, etiam nuptialia inſtrumenta cum ea fecerit: & filios uel filias habuerit: non ſolum eos liberos, qui poſt dotem editi ſunt, iuſtos, & in poteſtatẽ patris eſſe: ſed etiam anteriores, qui*† *& ijs, qui poſtea nati ſunt, occaſionem legitimi nominis præſtiterunt. Quod obtinere cenſuimus, & ſi non progeniti fuerint poſt dotale inſtrumentum confectum liberi, uel etiam nati ab hac luce fuerint ſubtracti.*

*l. cũ quis C. de nat. lib.

†*quia*

ARGVM.

Nepotes & infra hos etiam poſteriores tum demum ſuorum nomine digni ſunt, ſi in poteſtate conſtituti, primarias etiã parteis in gradu occupent, quod accidit ſi qui eos præcedebat. uiuo adhuc parente deſierit, in poteſtate eſſe.

Ita demum tamen nepos, neptiſve, pronepos proneptiſve, ſuorum hæredum numero ſunt, ſi præcedens perſona deſierit in poteſtate parentis eſſe: ſiue morte acciderit, ſiue alia ratione, veluti emancipatione. Nam *ſi per id tempus, quo quis moritur, filius in poteſtate eius ſit, nepos ex eo ſuus hæres eſſe non poteſt.* Idque *& in cæteris deinceps liberorũ perſonis dictum eſſe intelligimus.* Poſthumi *quoque, qui ſi uiuo parente nati eſſent: in poteſtate eius futuri forent, ſui hæredes ſunt.* Sui *autem hæredes fiunt etiam ignorãtes. & licet furioſi ſint, hæredes poſſunt exiſtere:*

quia

quia quibus ex cauſis ignorantibus nobis adquiritur, ex his cauſis, & furioſis adquiri poteſt. Et ſtatim à morte parentis quaſi continuatur dominium & ideo nec tutoris authoritate opus eſt pupillis, cùm etiam ignorantibus adquiratur ſuis hæredibus hæreditas. nec curatoris aſſenſu † adquiritur furioſis ſed ipſo iure. † cõſenſu

ARGVM.

Qui ab hoſtibus captus, ſuus eſſe deſiit, etiã mortuo parẽte regreſſus, beneficio poſtliminii retro ſemper ſuus fuiſſe fingitur. Item patre ẽt poſt obitum maieſtatis damnato, filius iure ſui tatis priuatur.

Interdum autem, licet in poteſtate parentis mortis tempore ſuus hæres non fuerit, tamẽ ſuus hæres parenti efficitur: ueluti ſi ab hoſtibus quis reuerſus fuerit poſt mortem patris ſui. ius enim poſtliminij hoc facit. Per contrarium autem hoc euenit, vt licet quis in familia defuncti ſit mortis tempore, tamen ſuus hæres non fiat: ueluti ſi poſt mortem ſuam pater iudicatus fuerit perduellionis reus, ac per hoc memoria eius damnata fuerit. ſuum enim hæredem habere nõ poteſt, cùm fiſcus ei ſuccedat, ſed poteſt dici ipſo quidem iure ſuum hæredem eſſe, ſed deſinere.

ARGVM.

Nepotes ex præmortuo filio, eorum patris locum aſſumẽtes ſimul cum patruo, uel amita aui ſucceſſionem conſequuntur in ſtirpes ſcilicet non in capita, quòd ſi ex præmortuis fratribus nepotes tantùm ſuperſint, quæq; proles in eam duntaxat partem ſuccedet, quam pater ſi ſuperſtes eſſet, adſequutus fuiſſet.

Cùm filius filiave, & ex altero filio nepos neptiſve exiſtunt, pariter ad hæreditatẽ aui uocantur: nec qui gradu proximior eſt, ulteriorem

 excludit.

excludit. Aequum enim eſſe uidetur, nepotes nepteſque in patris ſui locum ſuccedere. Pari ratione & ſi nepos neptiſve ſit ex filio, & ex nepote pronepos proneptiſve ſimul uocantur. Et quia placuit nepotes, neptiſve, item pronepotes pronepteſve in parentis ſui locum ſuccedere: conueniens eſſe uiſum eſt, non in capita, ſed in ſtirpes hæreditatem diuidi: ut filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. Item ſi ex duobus filijs nepotes nepteſve exiſtãt, ex altero tres aut quatuor: ad unum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres uel ad quatuor altera dimidia.

ARGVM.

Vt quis ſuus dici queat, etiam deſtituti teſtamenti tempus inſpicitur: quo fit, ut qui nepos mortis auitæ tempore ſuus non erat, ſi tamen deſtituto teſtamento priorem locum occupat, ſui hæredis iura nanciſcatur: modò viuo auo conceptùs fuerit: alioqui nullatenus admittetur.

Cùm autem quæritur, an quis ſuus heres exiſtere poſſit: eo tempore, quærendum eſt, quo certum eſt, aliquem ſine teſtamento deceſſiſſe. quod accidit, & deſtituto teſtamento. Hac ratione, *ſi filius exhæredatus fuerit, & extraneus hæres inſtitutus, & filio mortuo, poſteà certum fuerit hæredem inſtitutum ex teſtamento non fieri hæredem, aut quia noluit eſſe hæres, aut quia non potuit, nepos auo ſuus hæres exiſtet: quia quo tempore certum eſt inteſtatum deceſsiſſe patrem familiàs, ſolus inuenitur nepos, & hoc certum eſt. Et licet poſt mortem aui natus ſit, tamẽ, auo viuo, conceptus, mortuo patre eius, poſteaque deſerto aui teſtamento, ſuus hæres efficitur.* Ple-

nè ſi

nè ſi & conceptus, & natus fuerit poſt mortem aui: mortuo patre ſuo, deſertoque poſtea aui teſtamento, ſuus hæres auo non exiſtet: quia nullo iure cognationis patrē ſui patris attigit. Sed nec ille eſt inter liberos aui, quem filius emancipatus adoptauit. Hi autem, cùm non ſint ſui (quantum ad hæreditatem) liberi, neque bonorum poſſeſsionem petere poſſunt, quaſi proximi cognati. Hæc de ſuis hæredibus. Emancipati autem liberi, iure ciuili nihil iuris habent (neque enim ſui hæredes ſunt, qui† in poteſtate parentis eſſe deſierunt) neque ullo alio iure per legem duodecim tabularum uocantur. Sed Prætor naturali æquitate motus, dat eis bonorum poſſeſsionem Vnde liberi, *perinde ac ſi in poteſtate parentis tempore mortis fuiſſent: ſiue ſoli ſint ſiue cum ſuis hæredibus concurrant. Itaque duobus liberis exiſtentibus,† emancipato uno, & eo, qui tempore mortis in poteſtate fuerit: ſanè quidem is, qui in poteſtate fuit, ſolus iure ciuili hæres eſt, & ſolus ſuus hæres. ſed cùm emancipatus beneficio Prætoris in partem admittitur: euenit, ut ſuus hæres pro parte hæres fiat.*

† *quia*

† *extantibus,*

ARGVM.

Emancipati filii, qui ſeſe adoptandos extraneo dedere, ita demum naturali patri olim ſuccedebant, ſi eo viuo finita eſſet adoptio: quæ ſi eo mortuo diſſolueretur, nec ad eius, nec adoptiui patris ſucceſsionem vllo iure peruenire poterant.

At hi, qui emancipati à parente in adoptionem ſe dederunt, nō admittuntur ad bona naturalis patris quaſi liberi: ſi modo, cùm is moreretur, in adoptiua familia fuerint. Nam viuo eo emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac ſi emancipa

ti ab ipſo eſſent, nec unquam in adoptiua familia fuiſſent. Et conuenienter, quod ad adoptiuũ patrem pertinet, extraneorum loco eſſe incipiũt. Poſt mortem uerò naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre: & (quantum ad hunc adoptiuum patrem pertinet) æquè extraneorum loco ſiunt: & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum nanciſcuntur. Quod ideo ſic placuit, quia iniquum erat, eſſe in poteſtate patris adoptiui, ad quos bona naturalis patris pertineaut, vtrùm ad liberos eius, an ad agnatos.

*Ciuile ius ciuilia iura à ſe inducta tollere poteſt, naturalia non poteſt. §. ſed naturalia. ſuprà de iure nat. gen. & ciui.

Minus ergo iuris habent adoptiui filij, quàm naturales Nanque naturales emancipati, beneficio Prætoris gradum liberorum retinent, licet iure ciuili perdant, Adoptiui uerò emancipati, & iure ciuili perdunt gradum liberorũ, & à Prætore non admittuntur:† & rectè, naturalia enim iura ciuilis ratio perimere non poteſt, nec quia deſinunt ſui hæredes eſſe poſſunt deſinere filij filiæve, aut nepotes neptesve eſſe, adoptiui uerò emancipati, extraneorũ loco incipiunt eſſe quia ius nomenq; filij filiæve, quod per adoptionem conſequuti ſunt, alia ciuili ratione, id eſt, emancipatione perdunt.

† adiuuantur.

* Qui ad inteſtati ſucceſsionem non poteſt aſpirare, ei præterito contra tabulas non datur. l. 3. §. ſi pater. D. de bo. poſ. & Ang. hic hoc not.

Eadem hæc obſeruantur & in ea bonorum poſſeſſione, quam contra tabulas teſtamenti parentis liberis præteritis, id eſt, neque hæredibus

inſtitutis,

inſtitutis,neque, ut oportet, exheredatis, Pretor pollicetur. Nam eos, quidem, qui in poteſta te † mortis tẽpore fuerint,& emãcipatos uocat Pretor ad eandẽ†bonorum poſſeßionem:eos uerò,qui in adoptiua familia fuerint per hoc tem pus,quo naturalis parens moreretur, repellit. Item adoptiuos liberos emãcipatos ab adoptiuo patre,ſicut nec ab inteſtato,ita longè minus con tra tabulas teſtamenti ad bona eius admittit: quia deſinunt in numero liberorum eius eſſe. † parẽtis † eam

ARGVM.

Quamuis olim emancipato filio extraneo in adoptionem dato ad patris naturalis ſucceſſio nem conſequendam bonorum poſſeſſio Vnde liberi uel Vnde adgnati denegaretur,ei tamen Vnde cognati bonorum poſſeſſio omnibus demũ liberis,& adgnatis:deficiẽtibus deferebat.

Admonendi tamen ſumus, eos, qui in adop. familia ſunt,quive poſt mortem naturalis parẽ tis ab adoptiuo patre emãcipati fuerint, inteſta to parẽte:naturali mortuo,licet ea parte edicti, qua liberi ad bonorum poſſeßionem uocantur, non admittãtur,alia tamẽ parte uocari, ſcilicet qua cognati defuncti uocantur. Ex qua parte ita admittuntur,ſi neque ſui heredes liberi,neque emancipati obſtẽt, neque adgnatus quidem ullus interueniat. Antè enim Pretor liberos uocat tã ſuos heredes,quàm emancipatos, deinde legitimos heredes,tertio†proximos cognatos. † deinde

ARGVM.

Filius qui ad extraneum patrem adoptione translatus eſt,omnia ſui naturalis patris inuio lata iura retinet, perinde atque ſi in familiam alienam datus non fuiſſet: idcirco ei inteſtato, aut teſtato ſuccedit:adoptiuo autem patri ex inteſtato tantum ſuccedit:condito autem teſta

mento prӕteritus, teſtatoris nequaquam impu gnat iudicium: niſi cuipiam aſcendentium in adoptionem datus ſit.

Sed ea omnia antiquitati quidem placuerunt: aliquam autem emendationem à noſtra conſtitutione acceperunt, quam ſuper ijs perſo nis expoſuimus,* quӕ à patribus ſuis naturalibus in adoptionem alijs dantur. Inuenimus etenim nonnullos caſus, in quibus filij, & naturalium parentum ſucceßionem propter adoptionem amittebant: & adoptione facilè per emancipationem ſolùta, ad neutrius patris ſucceßionem uocabantur. Hoc ſolito more corrigentes, conſtitutionem ſcripſimus, per quam definimus, quando parens naturalis filium ſuum adoptandũ alij dederit, integra omnia iura ita ſer uari, atque ſi in patris naturalis poteſtate per manſiſſet, nec penitus adoptio fuiſſet ſubſequuta: niſi in hoc tantũmodò caſu, ut poßit ab inteſtato ad patris adoptiui uenire ſucceßionem. Teſtamento autem ab eo facto: neque iure ciuili, neq; prӕtorio, ex hӕreditate eius aliquid perſequi poteſt: neque contra tabulas bonorum poſſeßione agnita, neque inofficioſi querela inſtituta: cùm nec neceßitas patri adoptiuo imponatur, uel hӕredem eum inſtituere, uel exhӕredem facere, ut pote nullo uinculo naturali copulatum, neque ſi ex Sabiniano Senatuſcõſulto ex tribus maribus fuerit adoptatus. Nam & in eiuſmodi caſu, neque quarta ei ſeruatur, neque ulla actio ad eius perſequutionem ei competit. Noſtra autem conſtitutione exceptus eſt is, quem parens naturalis adoptandum ſuſceperit. Vtroque enim iure tam naturali quàm legitimo in hanc perſonam concurrente: priſtina iura tali adoptioni ſeruamus,*

*1. pe. C. de adop.
* poſui - mus

quemadmodum

quemadmodum ſi paterfamilias ſeſe dederit ad rogandum. quæ ſpecialiter, & ſingulatim ex præfatæ conſtitutionis tenore poſſunt colligi.

ARGVM.

Exploſa veteri iniquitate Diualibus conſtitutionibus ſtatuitur, ut ex filia nepotes, pronepotesve cum reliquis filiis, & ex eis deſcendentibus, ad materni aui ſucceſsionem æquo iure vocantur, ſed cum trientis deminutione: quæ etiã locum obtinent cùm nepotes, vnà cum filiis aut filiabus ſuperſtitibus auiæ ſuccedunt.

*Item uetuſtas ex maſculis progenitos plus diligens, ſolos nepotes uel neptes, qui quaue ex uirili ſexu deſcendunt, ad ſuorum uocabat ſucceſſionem, & iure† adgnatorum eos anteponebat: nepotes autem, qui ex filiabus nati ſunt, & pronepotes ex neptibus, cognatorum loco connumerans, poſt adgnatorum lineam eos uocabat: tam in aui uel proaui materni, quàm in auiæ uel proauiæ, ſiue paternæ, ſiue maternæ ſucceſſionem. Diui autem principes non paſſi ſunt talem contra naturam iniuriam ſine competenti emendatione relinquere: ſed cùm nepotis, & pronepotis nomen commune ſit utriſque, tam qui ex maſculis, quàm qui ex fœminis deſcendunt, ideo eundem gradum, & ordinem ſucceſſionis eis donauerunt * Sed ut amplius aliquid ſit eis, qui non ſolùm naturæ, ſed etiam ueteris iuris ſuffragijs muniuntur, portionem nepotum, uel neptum, uel deinceps (de quibus ſuprà diximus) paulò minuendam eſſe exiſtimauerunt: ut minus tertia parte acciperent, quàm mater eorum uel auia fuerat acceptura, uel pater eorum, uel auus paternus, ſiue maternus, quando fœmina mortua ſit, cuius de*

† *iuri*

*l. ſi ã ſun &c. C. de ſuis & le.

tibus, adgnatos minime uocabant. Et quemadmodum lex duodecim tabularum, filio mortuo nepotes uel neptes, pronepotes uel proneptes in locum patris ſui ad ſucceßionem aui ſui uocat, ita et principalis diſpoſitio in locum matris ſuæ, uel auiæ, eos cum iam deſignata partis tertiæ deminutione uocat.

ARGVM.

Quamuis olim extantibus etiam ex filia nepotibus, quadrans hæreditatis adgnatis tranſuerſalibus defuncti deberetur, hodie tamen nō debetur: itē nepotes ex filia ex perſona matris cum aui filio ſuccedentes, in ſtirpes ſuccedūnt.

Sed nos, cùm adhuc dubitatio maneret inter adgnatos, & memoratos nepotes, quartam partem ſubſtantiæ defuncti adgnatis ſibi uindicantibus ex cuiuſdam cōſtitutionis auctoritate: memoratam quidem conſtitutionem à noſtro Codice ſegregauimus, neque inſeri eam ex Theodoſiano *Codice in eo conceßimus. Noſtra autem* *fin. C. de ſuis & legi. *conſtitutione * promulgata, toti iuri eius derogatum eſt: & ſanximus, talibus nepotibus ex filia, uel pronepotibus ex nepte, & deinceps, ſuperſtitibus, adgnatos nullam partem mortui ſucceßionis ſibi uendicare: ne hi, qui ex tranſuerſa linea ueniunt, potiores ijs habeantur, qui recto iure deſcendunt. Quam conſtitutionem noſtram obtinere, ſecundum ſui uigorem & tempora & nunc ſancimus: ita tamen, ut quemadmodū inter filios: & nepotes ex filio antiquitas ſtatuit non in capita, ſed in ſtirpes diuidi hæreditatem: ſimiliter nos inter filios & nepotes ex filia, diſtributionem fieri iubeamus, uel inter omnes nepotes, & neptes & inter pronepotes et proneptes, & alias deinceps perſonas: ut utra-*

que

que progenies matris † uel patris, auiæ uel aui, portionem ſine ulla deminutione conſequatur: ut ſi fortè unus uel duo ex una parte, ex altera tres, aut quatuor extent: unus aut duo dimidiam, alteri tres, aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant. † ſue

De legitima adgnatorum ſucceſſione.

TIT. II.

ARGVM.

Poſt ſuos hæredes eoſq; qui eorum loco habentur, agnatis proximis (ideſt, per uirilis ſexus cognatione iunctis) ſucceſſio defertur: in quorum etiam albo ſunt, qui ciuiliter (hoc eſt, per adoptionem) fiunt adgnati.

*SI nemo ſuus hæres, uel eorũ, quos inter ſuos hæredes Prætor, uel conſtitutiones uocant, exiſtat, † qui ſucceßionẽ quoquo modo amplectatur: tũc ex lege duodecim tabularum * adgnatum proximum pertinet hæreditas. Sunt autem adgnati (ut primo quoque libro tradidimus) cognati per uirilis ſexus perſonas cognatione coniuncti, quaſi à patre connati. Itaque ex eodem patre nati fratres, adgnati ſibi ſunt, qui & conſanguinei uocantur: nec requiritur, an etiam † eãdem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & inuicẽ is illi adgnatus eſt. Eodem numero ſunt fratres patrueles, id eſt, qui ex duobus fratribus procreati ſunt: qui etiam conſobrini uocantur. Qua ratione etiã ad plures gradus adgnationis peruenire poterimus. Ii etiam, qui poſt mortem patris naſcuntur, iura conſanguinitatis nanciſcuntur. Non tamen omnibus ſimul adgnatis dat lex hæreditatem: ſed iis, qui tunc proximiore † gradu ſunt, cùm certũ eſſe cœperit* † extat, *vide ve. iuriſpru. Prateiiad eam leg. † ij quoq; † proximiores

aliquem inteſtatum deceßiſſe. Per adoptionem quoque adgnationis ius conſiſtit: uelut i inter filios naturales, & eos, quos pater eorum adoptauit. Ne dubium eſt, quin ij impropriè conſanguinei appellentur. Item ſi quis ex cæteris adgnatis tuis, ueluti frater aut patruus, aut deniq; is, qui longiore gradu eſt, adoptauerit aliquem, adgnatus inter ſuos hæredes eſſe non dubitatur.

Ex adgnatis mulieribus nulli penitus (niſi ſorori) ad adgnatorum ſucceſsionem per mediam iuriſprudentiam dabatur aditus: quamuis prætoris beneficio poſt omnes demum adgnatos cognatosq; per unde cognati ad bonorum poſſeſsionem admittebantur. Hodie autem cõſtitutum eſt, omnes adgnatos ſiue maſculos ſiue fœminas pari ratione ad iura ſucceſsionis ab inteſtato uocari.

Cæterùm inter maſculos quidem adgnationis iure hæreditas, etiam ſi longißimo gradu ſint, ultro citroque capitur. Quod ad fœminas uerò attinet, ita placebat, ut ipſæ conſanguinitatis iure tantùm capiant hæreditatẽ: ſi ſorores ſint, ulterius non capiant. maſculi autem ad earum hæreditates (etiam ſi lõgißimo gradu ſint) admittantur. Qua de cauſa fratris tui, aut patrui tui filiæ, uel amitæ tuæ hæreditas ad te pertinebat: tua uerò ad illas non pertinebat. Quod ideo ita conſtitutum erat, quia commodius uidebatur ita iura conſtitui, ut plerunque hæreditates ad maſculos confluerent. Sed quia ſanè iniquum erat, in uniuerſum eas quaſi extraneas repelli, Prætor eas ad bonorum poſſeßionem admittit ea parte, qua proximitatis nomine bonorum poſſeßionem pollicetur, ex qua parte ita ſcilicet admittuntur, ſi neque adgnatus ullus, neque proximior cognatus interueniat. Et

hæc

hæc quidem lex duodecim tabularum nullo modo introduxit: ſed ſimplicitatem legibus amicam amplexa, ſimili modo omnes adgnatos ſiue maſculos, ſiue fœminas, cuiuſcunque gradus, ad ſimilitudinem ſuorum inuicem ad ſucceſſionem uocabat. Media *autem iuriſprudentia, quæ erat quidem lege duodecim tabularum iunior, imperiali autem diſpoſitione anterior* †: *ſubtilitate quadam excogitata, præfatam differentiam inducebat, & penitus eas à ſucceſſione adgnatorum repellebat: omni alia ſucceſſione incognita, donec prætores paulatim aſperitatem iuris ciuilis corrigentes, ſiue quod deerat, implentes, humano propoſito alium ordinem ſuis edictis addiderunt, & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum poſſeſſionem eas adiuuabant, & pollicebantur his bonorum poſſeſſionem, quæ* Vnde cognati *appellatur.* Nos *uerò legem duodecim Tabularum ſequentes, & eius ueſtigia in hac parte conſeruantes, laudamus* * *quidem* Prætores *ſuæ humanitatis, non tamen eos in plenum huic cauſæ mederi inuenimus. Quare etenim uno eodemque gradu naturali concurrente, & adgnationis titulis, tam in maſculis, quàm in fœminis æqua lance conſtitutis: maſculis quidem dabatur ad ſucceſſionem uenire omnium adgnatorum: ex adgnatis autem mulieribus nulli penitus, niſi ſoli ſorori, ad adgnatorum ſucceſſionem patebat aditus. Ideo nos in plenum omnia reducentes, & ad ius duodecim Tabularum eandem diſpoſitionem exæquantes: noſtra conſtitutione* * *ſancimus, omnes legitimas perſonas, id eſt, per uirilem ſexum deſcendentes (ſiue maſculini generis, ſiue fœminini ſint) ſimili modo ad*

† *antiquior:*

*Aug. li. 3. c. 2. Emend.

*l. lege 12 Tab. C. de leg. hære.

iura ſucceſſionis legitimæ ab inteſtato uocari ſecundum ſui gradus prærogatiuam: nec ideo excludendas, quia conſanguinitatis iura, ſicut germanæ non habent.

ARGV. M.

Vterinę, uel conſanguineę ſororis filii filięve ad auunculi ſucceſſionem unà cum filiis fratrũ defuncti (non etiam cum ipſis fratribus) hoc iure admittuntur, in capita ſcilicet, nõ in ſtirpes.

Hoc *etiam addendum noſtræ conſtitutioni exiſtimauimus, ut transferatur unus tantummodò gradus à iure cognationis in legitimam ſucceſſionem: ut non ſolùm fratris filius, & filia (ſecundum quod iam definiuimus) ad ſucceſſionem patrui ſui uocentur: ſed etiam germanæ conſanguineæ, uel ſororis uterinæ filius & filia ſoli, & non deinceps perſonæ unà cum his ad iura auunculi ſui perueniant: & mortuo eo, qui patruus quidem eſt ſui fratris filijs, auunculus autem ſororis ſuæ ſoboli: ſimili modo ab utroque latere ſuccedant, tanquam ſi omnes ex maſculis deſcendentes legitimo iure ueniant, ſcilicet ubi frater, & ſoror ſuperſtites non ſunt.* His *etenim perſonis præcedentibus, & ſucceſſionem admittentibus, cæteri gradus remanent penitus ſemoti, uidelicet hæreditate non in ſtirpes, ſed in capita diuidenda. Si plures* ſint gradus agnatorum, apertè lex duodecim* Tabula*rum proximum uocat.* Itaque *ſi (uerbi gratia) ſint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus frater potior habetur.* Et *quamuis ſingulari numero uſa lex duodecim* Tabularum *proximum uocet: tamen dubium non eſt, quin ſi plures ſint eiuſdem gradus, omnes admittantur.* Nam *& propriè proximus & pluribus gradibus*

* Ex. l. 1. §. 1. D. de ſuis, & le.

gradibus intelligitur: & tamen non dubium eſt, quin licet unus ſit gradus adgnatorum, pertineat ad eos hæreditas.

* Eum proximiorem adgnatum etiam dicimus: qui deſtituti teſtamenti tempore proximior eſt tex. hic.l.2.§.penult.D.de ſuis,& legiti.

Proximus autem, ſi quidem nullo teſtamento facto quiſquam deceſſerit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus eſt is, cuius de hæreditate quæritur. Quòd ſi facto teſtamento, quiſquam deceſſerit: per hoc tempus requiritur, quo certum eſſe cœperit, nullum ex teſtamento hæredem extiturum: tunc enim proprie quiſque inteſtatus deceßiſſe intelligitur. Quod quidem aliquando longo tempore declaratur. In quo ſpatio temporis ſæpe accidit, ut proximiore mortuo, proximus eſſe incipiat, qui moriente teſtatore, non erat proximus.

ARGVM.

Lege duodecim tabularum ceſſabat edictum ſucceſſorium de gradu in gradũ (niſi quo ad tutelç onera) vnius enim capitis perſona defecta, ſequentes in gradu perſonę nequaquam admittebantur, ſed protinus alteri capiti defetebatur ſucceſsio: quod hac conſtitutione emendatur.

Placebat autem in eo genere percipiendarũ hæreditatum ſucceßionem † non eſſe: id eſt, ut quamuis proximus, qui ſecundum ea, quæ diximus, uocatur ad hæreditatem, aut ſpreuerit hæreditatem, aut antequam adeat, deceſſerit: nihilo magis legitimo iure ſequentes admittantur. Quod iterum Prætores imperfecto iure corrigentes, non in totum ſine adminiculo relinquebant: ſed ex cognatorum ordine eos uocabant, vtpote adgnationis iure eis recluſo Sed † *ſucceßioni locum,*

nos

*nos nihil perfectiſſimo iuri deeſſe cupientes, noſtra conſtitutione quam de iure patronatus, humanitate ſuggerente protulimus, ſancimus ſucceſſionem, in adgnatorum hæreditatibus non eſſe eis denegandam: cum ſatis abſurdum erat, quod cognatis à Prætore apertum eſt, hoc adgnatis eſſe recluſum: maxime cum in onere quidem tutelarum & primo gradu deficiente ſequens ſuccedit †, & quod in onere obtinebat ſ non erat in lucro permiſſum. Ad legitimam ſucceſſionem nihilominus uocatur etiam parẽs, qui† contracta fiducia filium uel filiam, nepotem, uel neptem, ac deinceps emancipat, quod ex noſtra conſtitutione*omnino inducitur, ut emancipationes liberorum ſemper uideantur quaſi contracta fiducia fieri: cum apud ueteres: non aliter hoc obtinebat, niſi ſpecialiter contracta fiducia parens manumiſiſſet.*

†*accedit,*

†*non contracta*

*l.2.C.de emã. lib.

De ſenatuſconſulto Tertylliano,

TIT. III.

*Adnota, Filiam etiam nuptui datam in paterna ſemper reſidere poteſtate. l. ſi vxorem. C. de condit. inſert. & hic & utrobique Docto. & Prateius ad conſuet. Marchian. §. 291. incip. la femme ait ſon pere.

Lex duodecim Tabularũ ita ſtricto iure utebatur, & præponebat maſculorũ progeniẽ: & eos, qui per fœminini ſexus neceſſitudinẽ ſibi iungũtur, adeò expellebat, ut ne quidẽ inter matrem & filium filiamve ultro citroq; hæreditatis capiendæ ius daret: † niſi quod Prætores ex proximitate cognatorum eas perſonas ad ſucceſſionem, bonorum poſſeſſione Vn-

†*daretur*

de cognati

de cognati, *adcommodata uocabant. Sed hæ iuris anguſtia poſteà emendatæ ſunt. Et primus quidem diuus Claudius*matri ad ſolatium libe rorum amiſſorum, legitimam eorum detulit hæ reditatem. Poſteà autem ſenatuſconſulto Tertylliano, quod diui Hadriani temporibus factũ eſt, pleniſſimè de triſti ſucceſſione matri, non etiam auiæ deferenda cautum eſt: ut mater ingenua trium liberorum ius habens, libertina quatuor, ad bona filiorum filiarumve admittatur inteſtato†mortuorum, licet in poteſtate parentis ſit: ut ſcilicet cùm alieno iuri ſubiecta eſt iuſſu eius adeat hæreditatem, cuius iuri ſubiecta eſt. Præferuntur autem matri liberi defuncti, qui ſui ſunt, quive ſuorum loco ſunt, ſiue primi gradus, ſiue ulteriores. Sed & filiæ ſuæ mortuæ filius, uel filia præponitur ex conſtitutionibus matri defunctæ, id, eſt auiæ ſuæ. Pater uerò†utriuſque non etiam auus &† proauus matri anteponitur, ſcilicet cùm inter eos ſolos de hæ teditate agitur. Frater autem conſanguineus tam filij, quàm filiæ excludebat matrem: ſoror autem conſanguinea pariter cum matre admittebatur. Sed ſi fuerant frater, & ſoror conſanguinei, & mater liberis onerata, † frater quidem matrem excludebat communis autem erat hæreditas ex æquis partibus fratribus, & ſororibus.*

Sueto. in Claud.

†*inteſtatorum*

† *quoque*
†*uel*

†*honorata*

A R G V M.

Abiecta antiqui iuris impietate, hoc iure vtimur: ut quæcunque ma:res) etiam ſi ter enixæ nõ fuerint) inteſtatorum filiorum ſucceſſionẽ excluſis adgnatis conſequantur: exceptis tamẽ defuncti filii fratribus ex vtroque vel altero pa rente natis, qui unà cũm matribus forma hic tradita ſuccedunt.

Sed

*l.2.C. de iur. libe. *Sed nos cõſtitutione,*quam in codice noſtro nomine decorato poſuimus, matri ſubueniendum eſſe exiſtimauimus: reſpicientes ad naturam & puerperium, & periculum, & ſæpe mortem ex hoc caſu matribus illatam. Ideoq; impium eſſe credidimus, caſum fortuitum in eius admitti detrimentum: ſi enim ingenua ter, uel libertina quater non peperit immeritò defraudabatur ſucceſsione ſuorũ liberorum. quid enim peccauit, ſi non plures, ſed paucos peperit? Et dedimus ius legitimum plenum matribus (ſiue ingenuis ſiue libertinis) & ſi nõ ter enixæ fuerint uel quater, ſed eum tantum uel eam, qui que ve* †& ſic *morte intercepti ſunt, ut † ſic uocentur in liberorum ſuorum legitimam ſucceſsionem. Sed cùm* * l.23.7. C. T. de leg.here. *anteà conſtitutiones* iura legitimæ † ſucceſsionis perſcrutantes, partim matrem adiuuabant partim eam prægrauabant, nec in ſolidum eam uocabant, ſed in quibuſdã caſibus tertiam eis partem abſtrahentes, certis legitimis dabant perſonis, in alijs autem contrarium faciebant: nobis uiſum* recta & ſimplici uia matrem omnibus perſonis legitimis anteponi & ſine ulla diminutione filiorum ſuorum ſucceſsionem accipere: excepta fratris & ſororis perſona, ſiue conſanguinei ſint, ſiue ſola cognationis iura habentes: ut quemadmodum eam toti alij ordini legitimo præpoſuimus, ita omnes fratres & ſorores, ſiue legitimi ſint, ſiue non, ad capiendas hæreditates ſimul uocemus: ita tamen, ut ſi quidem ſolæ ſorores adgnatæ, uel cognatæ, & mater defuncti uel defunctæ ſuperſint, dimidiam quidem mater, alteram uero dimidiam partẽ omnes ſorores habeant. Si uerò matre ſuperſtite & fratre, uel fratribus ſolis, uel etiam cum ſororibus, ſiue legitima-*

Margin notes: † legitima ſucceſsionum; *l.fi.C.ad Terty.

gitima, ſiue ſola cognationis iura habentibus, inteſtatus quis uel inteſtata moriatur: in capita diſtribuatur eius hæreditas.

ARGVM.

Quę filio ſuo impuberi intra anni ſpatium tutorem petere neglexerit, ab eius ſucceſsione (ſi intra pubertatem deceſſerit) prorſus ſit aliena.

*Sed*quemadmodum nos matribus proſpeximus, ita eas oportet ſuæ ſoboli conſulere: ſcituris eis, quòd ſi tutores liberis non petierint, uel in locũ remoti uel excuſati intra annũ petere neglexerint, ab eorum impuberũ morientiũ ſucceſsione merito repellẽtur. Licet autẽ uulgò quæſitus ſit filius filiave: poteſt tamen ad bona eius mater ex Tertylliano ſenatuſconſulto admitti.* * l. ſciant. C. de leg. hęred.

De ſenatuſconſulto Orfitiano.

TIT. IIII.

ARGVM.

Inteſtatę matri, uel auię ſuccedunt liberi ſiue legitimi ſint, ſiue uulgò concepti, excluſis quibuſcunque adgnatis, quę ſucceſsio minima capitis deminutione non perimitur.

PEr contrarium autem liberi ad bona matrum inteſtatarum admittuntur ex ſenatuſconſulto Orfitiano, quod Orfito & Rufo cõſulibus effectum eſt diui Marci tẽporibus: et data eſt tã filio, quàm filiæ legitima hæreditas, etiamſi alieno iuri ſubiecti ſint: & præferũtur conſanguineis, & adgnatis defunctæ matris. Sed cùm ex hoc ſenatuſconſulto nepotes, & neptes ad auiæ ſucceßionem legitimo iure non uocarentur; poſteà hoc conſtitutionibus principalibus emandatum †eſt, ut ad ſimilitudinem filiorum filiarumq; & nepotes, & neptes uocentur. †Sciendum autem eſt huiuſmodi ſucceßiones †cautum †uocarentur

quæ tur

duodecim Tabularum inter legitimos nõ habẽtur, ſed à Prætore tertio ordine uocantur: exceptis ſolis tantummodò fratre, & ſorore emancipatis, non etiam liberis eorum, quos lex Anaſtaſiana cum fratribus integri iuris conſtitutis, uocat quidem ad legitimam fratris hæreditatẽ ſiue ſororis, non æquis tamen partibus, ſed cum aliqua deminutione, quã facile eſt ex ipſius conſtitutionis uerbis colligere. Alijs uerò agnatis inferioris gradus, licet capitis deminutionẽ paſſi nõ ſunt, tamen anteponit eos, & procùldubio cognatis. Eos † etiã, qui per fœminini ſexus perſonas ex tranſuerſo cognatione iunguntur, tertio gradu proximitatis nomine Prætor ad ſucceſſionem uocat Liberi quoque, qui in ad ptiua familia ſunt, ad naturalium parentum hæreditatem hoc eodem gradu uocantur. † Hoc

ARGVM.

Vulgò quoque quæſiti (ideſt, incerto patre vagoq; concubitu nati) cognati, non etiam adgnati dicendi ſunt: quo fit vt eis bonorum poſſeſſio vnde cognati, à prætore conceſſa ſit.

Vulgò quæſitos, nullos habere adgnatos, † manifeſtũ eſt: quum adgnatio à patre ſit, cognatio à matre, hi autem nullum patrem habere intelliguntur. Eadem ratione ne inter ſe quidem poſſunt uideri conſanguinei eſſe, quia conſanguinitatis ius, ſpecies eſt adgnationis. Tantùm ergo cognati ſunt ſibi, ſicut & matri cognati ſunt. Itaque omnibus iſtis ex ea parte competit bonorũ poſſeſſio, qua proximitatis nomine cognati uocantur. † *nullum agnatum*

ARGVM.

Adgnati ad decimum uſquè gradum cognati verò in ſextum, ad hæreditates ex inteſtato admittuntur.

Hoc

Hoc loco & illud neceſſariò admonendi ſumus adgnationis quidem iure admitti aliquem ad hæreditatem, & ſi decimo gradu ſit: ſiue de lege duodecim Tabularum quæramus, ſiue de edicto, quo Prætor legitimis hæredibus daturũ ſe bonorum poſſeſſionẽ pollicetur. Proximitatis uerò nomine ijs ſolis Prætor promittit bonorum poſſeſſionem, qui uſque ad ſextum gradum cognationis ſunt, & ex ſeptimo à ſobrino ſobrinaq; nato natæve.

De gradibus cognationum.

TIT. VI.

ARGVM.

Quo huiuſce tituli perfectam notitiam, ueramq; graduum cognitionem intus & in cute ocũlari quadam inſpectione adſequaris, ad cuiuſdam arboris figuram, quę non ab re hic inſeritur, adcurrito. Ad hęc ſi quid ſit cognatio, quid gradus, quid linea, quid adfinitas, ac plurium denique vocum ſignificationes ſcire concupiſcas, ampliſſimus de gradibus adfinitatis tractatus, ex Pandectarum trigeſimo octauo libro decerptus, omnia egregiè tibi ſuppeditabit.

HOc loco neceſſariũ eſt exponere, quẽadmodũ gradus cognationis nũmerẽtur. Quare† in primis admonẽdi ſumus, cognationẽ aliã ſupra numerari, aliam infrà. aliã ex tranſuerſo, quæ etiam à latere dicitur. Superior cognatio eſt parentum: inferior liberorũ: ex tranſuerſo fratrum ſororumve, & eorum, qui quæve ex his generantur: & conuenienter patrui, amitæ auunculi, materteræ. Et ſuperior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit: at ea, quæ ex trãſuerſo numeratur: à ſecũdo. Prim. gradu eſt ſuprà pater mater: infrà filius

† *qua in re*

filius, filia. Secũdo gradu ſuprà auus, auia: infrà nepos neptis: ex tranſuerſo frater, ſoror. Tertio gradu ſuprà proauus, proauia: infrà pronepos, proneptis: ex transuerſo fratris ſororiſq; filius, filia, & cõuenienter pater patruus amita, auunculus, matertera Patruus eſt frater patris, qui Gracè †πατράδελφος appellatur. Auunculus eſt frater matris, qui Gracè μητράδελφος †dicitur, & uterq; promiſcuè θεῖος apellatur. Amita eſt patris ſoror, quæ Gracè πατράδελφη appellatur. Matertera uerò matris ſoror, quæ Græca ματράδελφη dicitur, & utraq; promiſcuè θεία appellatur. Quarto gradu ſupra abauus, abauia: infrà abnepos, abneptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſq; nepos neptiſve: & conueniẽter patruus magnus, amita magna, id eſt aui frater & ſoror. Itẽ auunculus magnus et matertera magna, id eſt, auiæ frater & ſoror. conſobrinus, conſobrina, id eſt, qui quæve ex ſororibus, aut fratribus procreantur. Sed quidam rectè cõſobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus ſororibus progenerãtur, quaſi cõſororinos. eosve rò, qui ex duobus fratribus progenerantur, propriè fratres patrueles uocari. Si autem ex duobus fratribus filia naſcuntur, ſorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre & ſorore progenerantur, †amitinos propriè dici putant. Amitæ tuæ filij conſobrinum te appellant, tu illos amitinos. Quinto gradu ſuprà atauus, atauia: infrà atnepos, atneptis: ex transſuerſo fratris ſororiſq; pronepos, proneptis & conuenienter propatruus, proamita, id eſt, proaui frater & ſoror: & proauunculus & promatertera, id eſt, proauiæ frater & ſoror. Item fratris patruelis, uel ſororis patruelis, conſobrini & cõſobrinæ,

†πατρῶος
†propriè
†μητρῶος
†propagantur

*ſobrinæ, amitini & amitinæ filius filia, propius †ſobrino, propius ſobrina, hi ſunt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius filia. Sexto*gradu ſuprà tritauus, tritauia: infrà trinepos, trineptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſq; abnepos, abneptis: & conuenienter abpatruus, abamita, id eſt abaui frater, & ſoror, abauunculus, abamatertera, ideſt, abauiæ frater & ſoror. item propatrui, proamitæ, proauunculi, promateriteræ filius, filia. itē propius ſobrino ſobrinaue filius filia: item ſobrini, ſobrinæ, id eſt, qui quæve ex fratribus uel ſororibus patruelibus uel conſobrinis, uel amitinis progenerantur. Hactenus oſtendiſſe ſufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Nanque ex his palàm eſt intelligere, quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe ſemper generata†perſona gradum adijcit, ut longè faciliùs ſit reſpondere, quoto quiſque gradu ſit, quàm propria cognationis appellatione quenquam denotare. Adgnationis quoque gradus eodem modo numerantur. Sed cùm magis ueritas oculata fide, quàm per aures animis hominum infigatur: ideo neceſſarium duximus poſt narrationem graduum, eos etiam præſenti libro inſcribi, quatenus poſſint & auribus, & oculorum inſpectione adoleſcentes perfectiſſimam graduum doctrinā adipiſci.*

† propior

* Aug.li. 2.ca.5. E me..

† quæque

De ſeruili cognatione.*

TIT. VII.

* deeſt Theoph. & rectè.

ARGVM.

Cognationem ſeruilem (ideſt, ſanguinis neceſſitudinem, quam ſeruorum filii, cum parentibus habent (antiqua iura non adiuuabant hodie autem ſerui nati & deinde manumiſſi nō

modo

modo parentibus etiam libertati donatis ex inteſtato ſuccedunt,& parentes eis,ſed etiam ſibi inuicem,& cum reliquis fratribus ex legitimis nuptiis atq; in libertate procreatis ad ſuccesſionem uocantur.

*Illud certum eſt,ad ſeruiles cognationes illā partem edicti, qua proximitatis nomine bonorū poſſ ſsio permittitur, nō pertinere, nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed noſtra conſtitutione,quam pro iure patronatus fecimus (quod ius uſque ad noſtra tempora ſatis obſcurum,atque nube plenū & undique cōfuſum fuerat) & hoc humanitate ſuggerente conceſsimus, ut ſi quis in ſeruili conſtitutus conſortio, liberum,uel liberos habuerit,ſiue ex libera ſiue ex ſeruilis conditionis muliere:uel contrà ſerua mulier ex libero,uel ſeruo habuerit liberos cuiuſcunque ſexus: & ad libertatem his peruenientibus ij, † qui ex ſeruili uentre nati ſunt, libertatem meruerint, uel dum mulieres liberæ erant, ipſi in ſeruitute eos habuerint,& poſtea ad libertatem peruenerint: ut hi omnes,ad ſucceſsionem patris, uel matris ueniāt patronatus iure in hac parte ſopito. Hos enim liberos non ſolùm in ſuorum parentum ſucceſsionem,ſed etiam alterum in alterius ſucceſsionem mutuam uocauimus, ex illa lege ſpecialiter eos uocantes: ſiue ſoli inueniantur, qui in ſeruitute nati & poſteà manumiſsi ſunt:ſiue unà cum alijs,qui poſt libertatem parentum cōcepti ſunt:ſiue ex eodē patre, ſiue ex eadem matre,ſiue ex alijs nuptijs,*ſimilitudinem eorum, qui ex iuſtis nuptijs procreati ſunt.*

† & ij

* abeſt T.

ARGVM.

Cùm de inteſtatorū ſuccesſione agitur. liberorum prima habetur ratio:qui etiam ſi gradus

ſint

ſint remotioris, quóſcũq; aſcendentes & adgna tos quantumuis proximiores excludunt.

Repetitis itaque omnibus, quæ iam tradidimus, apparet non ſemper eos, qui parem gradũ cognationis obtinent, pariter, uocari, eoq; amplius, ne eum quidem, qui proximior ſit cognatus, ſemper potiorem eſſe. Cum enim prima cauſa ſit ſuorũ hæredum, & eorum, quos inter ſuos hæredes enumerauimus: apparet pronepotem uel abnepotem defuncti potiorem eſſe, quàm fratrẽ aut patrem matremq; defuncti: cum alioqui pater quidem & mater (ut ſuprà quoque tradidimus) primũ gradum cognationis obtineãt, frater uerò ſecundum, pronepos autẽ tertio gradu ſit cognationis, & abnepos quarto. Nec *intereſt, in poteſtate morientis fuerit, an nõ, quòd uel emancipatus, uel ex emancipato, aut ex fœmineo ſexu propagatus eſt.*

ARGVM.

Nouisſimo tamen iure, adgnationis & cognationis ſublato diſcrimine, omnes ſimul æquo iure ſuccedunt: ita tamen ut eorum prior habẽda ſit ratio, qui ſunt gradu proximiores.

Amotis quoque ſuis hæredibus, & quos inter ſuos hæredes uocari diximus: adgnatos, qui integrum ius habet adgnationis, etiam ſi longiſſimo gradu ſit, plerunque potior habetur, quàm proximior cognatus. Nam *patrui nepos, uel pronepos auũculo uel matertera præfertur. Toties igitur dicimus aut potiorem haberi eum, qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter† uocari eos, qui cognati ſunt: quoties neque ſuorum hæredum, quique inter ſuos hæredes ſunt, neq; adgnationis iure aliquis præferri debeat, ſecundum ea, quæ tradidimus: exceptis fratre, & ſorore emancipatis, qui ad ſucceſſionem*

† *pariter*

ceſsionem fratrum, uel ſororum uocantur. qui & ſi capite deminuti ſunt, tamen præferuntur cæteris ulterioris gradus adgnatis.

De ſucceſsione libertorum.

TIT. VIII.

NVnc de libertorum bonis uideamus. Olim itaque licebat liberto patronum ſuũ impunè teſtamento præterire. nam ita demũ lex duodecim tabularũ ad hæreditatẽ liberti uocabat * *patronum, ſi inteſtatus mortuus eſſet libertus, hærede ſuò nullò relicto. Itaque inteſtato mortuo liberto, ſi is ſuũ hæredẽ reliquiſſet, patrono nihil in bonis eius iuris erat. Et ſi quidẽ ex naturalibus liberis aliquẽ ſuũ hæredem reliquiſſet: nulla uidebatur querela. ſi uerò adoptiuus filius fuiſſet: apertè iniquum erat, nihil iuris patrono ſupereſſe. Qua de cauſa poſteà Prætoris edicto hæc iuris iniquitas emendata eſt, ſiue enim faciebat teſtamentum libertus, iubebatur † ita teſtari, ut patrono partem dimidiam bonorum ſuorum relinqueret: & ſi aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat: dabatur patrono contra tabulas teſtamenti partis dimidiæ bonorum poſſeſsio. Siue inteſtatus moriebatur, ſuo hærede relicto filio, adoptiuo: dabatur æquè patrono contra hunc ſuum hæredem, partis dimidiæ bonorum poſſeſsio. Prodeſſe autẽ liberto ſolebant ad excludendum patronum naturales liberi, non ſolùm quos in poteſtate mortis tempore habebat, ſed etiam emancipati, & in adoptionem dati: ſi modò ex aliqua parte ſcripti hæredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum poſſeſsionem ex edicto prætorio petierant. nam exhæredati, nullo modo repellebant patronum. Poſtea uerò lege Papia adaucta ſunt*

*Vlpia. in Epito. ti. 29.

†*iubebat* ſuba. prætor

iura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. Cautum eſt enim, ut ex bonis eius, qui ſeſtertium centum millium patrimoniũ † reliquerat: † & pauciores, quàm tres liberos habebat, ſiue is teſtamento facto, ſiue inteſtatus † mortuus erat, uirilis pars patrono deberetur. Itaque cùm unum quidem filium, filiamve heredẽ reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac ſi is ſine ullo filio filiave inteſtatus deceſſiſſet cùm uero duos duaſve heredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: ſi tres reliquerat, repellebatur patronus.*

*Aug. li. 2.ca.7.Emenda.

† *relique rit.*

† *inteſtato.*

ARGVM.

Abiecto antiquo iure, hoc vtimur, vel liberto minori centenario, id eſt, cuius facultates minores ſunt aureis centum, etiam præterito patrono liberum teſtandi ius ſit ei tamen inteſtato nulla ſobole relicta, patronus ſuccedit, quòd ſi maior ſit centenario, & teſtatus fuerit, patronumq; prætererit, tũc ſi careat liberis, vel eos exhæredes fecerit patronis per contra tabulas bonorum poſſeſsionem quadrantem oneribus liberum aut illius ſupplementum (ſi quid forſan ei relictum fuerit) conſequetur.

Sed noſtra conſtitutio (quam pro omni † natione, Græca lingua compendioſo tractatu habito compoſuimus) ita huiuſmodi cauſam definiuit, ut ſiquidem liberta uel libertus minores centenarÿs ſint, id eſt, minus centum aureis habeant ſubſtantiam (ſic enim legis Papiæ ſummam interpretati ſumus. ut pro mille ſeſtertÿs unus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum ſucceſſione: ſi tamen teſtamentũ fecerint. Sin autem inteſtati deceſſerint, nullo liberorum relicto: tunc patronatus ius quod erat ex lege duodecim Tabularum) integrum

† *omnium notitia,*

tegrum

tegrum reſeruauit. Cum uerò maiores centenarijs ſint, ſi hæredes uel bonorum poſſeſſores liberos habeant, ſiue unum, ſiue plures, cuiuſcunque ſexus uel gradus: ad eos ſucceſsiones parentum deduximus, patronis omnibus modis unà cum ſua progenie ſemotis. Sin autem ſine liberis deceſſerint, ſiquidem inteſtati, ad omnem hæreditatem patronos, patronaſque uocauimus. Si uerò teſtamentum quidem fecerint, patronos autem aut patronas præterierint, cùm nullos liberos haberent, uel habētes eos exhæredauerint, uel mater ſiue auus maternus eos præterierint, ita quòd † non poſsint argui inofficioſa eorum teſtamenta, tunc ex noſtra conſtitutione per † *ut rectè* *bonorum poſſeſsionem contra tabulas, non dimidiam (ut antea) ſed tertiam partem bonorum liberi conſequantur: uel quod deeſt eis, ex conſtitutione noſtra repleatur, ſi quando minus tertia parte bonorum ſuorum libertus, uel liberta eis reliquerit: ita ſine onere, ut nec liberis, liberti, libertave ex ea parte legata, uel fideicommiſſa præſtentur, ſed ad cohæredes eorum hoc onus redundet: multis alijs caſibus à nobis in præfata conſtitutione congregatis, quos neceſſarios eſſe ad huiuſmodi diſpoſitionem iuris perſpeximus, ut tam patroni, patronæque, quàm liberi eorum, necnon qui ex tranſuerſo latere ueniunt, uſque ad quintum gradum ad ſucceſsionem libertorum, libertarumve vocentur, ſicut ex ea conſtitutione intelligendum eſt: et ſi † eiuſdem patroni, uel patronæ, uel duorum, duarumque, pluriumve liberi ſint: qui proximior eſt, ad liberti, uel libertæ uocetur ſucceſsionem: & in capita, non in ſtirpes diuidatur ſucceſsio: eodem modo, & in ijs qui ex tranſuerſo la-* † *ut ſi*

tere ueniunt, ſeruando. Penè enim conſonantia iura ingenuitatis, & libertinitatis in ſucceſsionibus fecimus. Sed hæc de ijs libertinis hodie dicenda ſunt, qui in ciuitatem Romanam peruenerunt: cùm nec ſint alij liberti, ſimul & Dedititijs, & Latinis ſublatis, cùm Latinorum legitimæ ſucceſsiones nullæ penitus erant: quia licet ut liberi uitam ſuam peragebant, attamen ipſo ultimo ſpiritu ſimul animam, atque libertatem amittebant, & quaſi ſeruorum ita bona eorum iure quodammodo peculij ex lege Iunia Norbana manumiſſores detinebant. Poſtea uerò ſenatuſconſulto Largiano cautum fuerat, ut liberi manumiſſoris non nominatim exhæredati facti, extraneis hæredibus eorum in bonis Latinorum præponerentur. Quibus etiam ſuperuenit diui Traiani edictum, quod eundem hominem, ſi inuito uel ignorante patrono ad ciuitatem Romanam uenire ex beneficio principis feſtinarat, faciebat quidem uiuum ciuem Romanum, Latinum uerò morientem. Sed noſtra conſtitutione propter huiuſmodi conditionũ uices, & alias difficultates, cum ipſis Latinis etiam legem Iuniam, & ſenatuſconſultum Largianum, & edictũ diui Traiani, in perpetuũ deleri cenſuimus: ut omnes liberti ciuitate Romana fruantur: & mirabili modo quibuſdam adiectionibus ipſas uias, quæ in Latinitatem ducebant, ad ciuitatem Romanam capiendam tranſpoſuimus.*

*l. 1. C. de lat. liber. tollen.

De aſsignatione libertorum.

TIT. IX.

ARGVM.

Patrono duos pluresve liberos in poteſtate habenti conceſſum eſt libertum uni liberorum *aſsignare*

aſſignate per quam aſſignationem is cui aſſignatur, ſolus efficitur patronus, & ſucceſſor in bonis liberti, aliis liberis prorſus excluſis, quòd ſi is cui aſſignatio facta fuit ſine ſobole decedat ad cæteros ius patronatus transfertur itē emãcipatione eius cui fuit aſſignatus libertus, aſſignatio prius facta euaneſcit.

IN *ſumma* * *(quod ad bona libertorum attinet) admonendi ſumus, cenſuiſſe ſenatum, ut quamuis ad omnes patroni liberos, qui eiuſdem gradus ſunt, æqualiter bona libertorum pertineant, tamen licere parenti uni ex liberis adſignare libertum, ut poſt mortem eius ſolus is patronus habeatur, cui adſignatus eſt: & cæteri liberi, qui ipſi quoque ad eadem bona, nulla adſignatione interueniente pariter admitterentur, nihil iuris in his bonis habeant: ſed ita demum priſtinum ius recipiant, ſi is, cui adſignatus eſt, deceſſerit nullis liberis relictis. Nec tantùm libertum, ſed etiam libertam & non tãtùm filio, nepotive, ſed etiam filiæ neptive adſignare permittitur. Datur autem hæc adſignandi facultas ei, qui duos pluresve liberos in poteſtate habebit, ut eis, quos in poteſtate habet, adſignare libertum libertamve liceat. Vnde quærebatur, ſi eum, cui adſignauit, poſtea emancipauerit, num euaneſcat* adſignatio? Sed† placuit euaneſcere: quod & Iuliano, & alÿs pleriſque uiſum eſt. Nec intereſt, an teſtamẽto quis adſignet, an ſine teſtamento: ſed etiam quibuſcunque uerbis patronis hoc permittitur facere, ex ipſo Senatuſcõnſulto, quod Claudianis temporibus factum eſt, Sabellio,† Rufo, & Aſterio † Scapula conſulibus.*

*vide. l. 1 & toto ti. D. de adſi. libert.

*l. vtrum D. eod.

† Et recte.

† Velleo Florẽtiæ.

† *Oſterio alias Oſtorio*

De bonorum poſſeſsionibus.

TITVL. X.

ARGVM.

Bonorum poſſeſsiones introduxit prætor, iuris ciuilis emendandi gratia: quæ tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato competunt, ex teſtamento quidem duæ, ab inteſtato verò octo, quarum quatuor vt pote ſuperuacuas reſecauit Iuſtinia & ad ſex ordinarias omnes redegit, ſeptimamq; extraordinariam adiecit: cui, locus eſt, quoties noua lege bonorum poſſeſsio ex teſtamento, vel ab inteſtato alicui defertur.

IVs bonorum poſſeßionis introductũ eſt à Prætore emendandi ueteris iuris gratia. Nec ſolũ in inteſtatorum hæreditatibus uetus ius eo modo Prætor emendauit, ſicut ſuprà dictum eſt: ſed in eorum quoque, qui teſtamento facto deceſſerint. Nam ſi alienus poſthumus hæres fuerit inſtitutus: quamuis hæreditatem iure ciuili adire non poterat, cùm inſtitutio non ualebat, honorario tamen iure bonorum poßeſſor efficiebatur: uidelicet cum à Prætore adiuuabatur. ſed & is à noſtra conſtitutione hodie rectè hæres inſtituitur, quaſi & iure ciuili non incognitus. Aliquando tamen neque emendandi, neque impugnãdi ueteris iuris, ſed magis cõfirmandi gratia Prætor pollicetur bonorum poſſeßionem. Nã illis quoque, qui rectè teſtamento facto hæredes inſtituti ſunt, dat ſecundùm tabulas bonorum poſſeßionem. Item ab inteſtato ſuos hæredes, & adgnatos ad bonorum poſſeßionem uocat. Sed & remota quoque bonorum poſſeßione, ad eos pertinet hæreditas iure ciuili. Quos autem ſolus uocat Prætor ad hæreditatem, hæredes quidem ipſo iure non fiunt: nam Prætor hæredem facere non

re non poteſt. per legem enim tantùm, uel ſimilem † *iuris conſtitutionem heredes fiunt, ueluti per ſenatuſconſulta* †, *& conſtitutiones principales: ſed cùm eis* Prætor *dat bonorum poſſeſsionem, loco heredum conſtituuntur, & uocantur bonorum poſſeſſores. Adhuc autem, & alios complures gradus* Prætor *fecit in bonorum poſſeſsionibus dandis, dum id agebat, ne quis ſine ſucceſſore moreretur. Nam anguſtiſsimis finibus conſtitutum per legem duodecim tabularum ius percipiendarum hereditatum* Prætor *ex bono, & æquo dilatauit. Sunt autem bonorum poſſeſsiones ex teſtamento quidem hæ: Prima, quæ præteritis liberis datur, uocaturque* Contra tabulas. † *Secunda, quam omnibus iure ſcriptis heredibus* Prætor *pollicetur, ideoq; uocatur* Secundum tabulas. *Et cùm de teſtatis prius loquutus eſt, ad inteſtatos tranſitum fecit. Et primo loco ſuis heredibus, & ijs, qui ex edicto* Prætoris *inter ſuos heredes* † *connumerantur, dat bonorum poſſeſsionem, quæ uocatur* Vnde liberi. *Secundo, legitimis heredibus. Tertiò decem perſonis, quas extraneo manumiſſori præferebat. ſunt autem decem perſonæ hæ: Pater, mater, auus, auia, tam paterni, quàm materni: item filius, filia, nepos, neptis tam ex filio, quàm ex filia: frater, ſororve, conſanguinei, uel uterini. Quartò cognatis proximis. Quintò,* Tanquam ex familia. *Sexto patrono, patronæque, liberiſque eorum & parentibus. Septimò, uiro & uxori. Octauò, cognatis manumiſſoris. Sed eas quidem* Prætoria *introduxit iuriſdictio: à nobis tamen nihil incurioſum prætermiſſum eſt: ſed noſtris conſtitutionibus omnia corrigentes, contra tabu-*

† *legi*
† *ſenatuſ conſultū,*
† *teſtamenti,*
† *ſuis heredibus*

las quidem , & ſecundum tabulas bonorum poſſeßiones admiſimus , ut pote neceſſarias conſtitutas : necnon ab inteſtato Vnde liberi , & Vnde legitimi. *bonorum poſſeßiones. Quæ autem in Prætoris edicto quinto loco poſita fuerat, id eſt ,* Vnde decem perſonæ *, eam pro propoſito , & cõpendioſo ſermone ſuperuacuam oſtendimus. Cum enim præfata bonorum poſſeßio decem perſonas præponebat extraneo manumißori: noſtra conſtitutio, * quam de emancipatione liberorum fecimus , omnibus parentibus , eiſdemque manumiſſoribus contracta fiducia manumißionem facere dedit: ut ipſa manumißio eorum hoc in ſe habeat priuilegium , & ſuperuacua fiat ſupradicta bonorum poſſeßio. Sublata igitur prædicta quinta bonorũ poſſeßione , in gradum eius ſextam anteà bonorum poſſeßionem induximus : & quintam fecimus , quàm Prætor proximis cognatis pollicetur. Cùmque antea fuerat ſeptimo loco bonorum poſſeßio* Tanquam ex familia , & *octauo* Vnde † patroni, patronæque , & parentes eorum : *utranque per conſtitutionem noſtram , quam de iure patronatus fecimus , penitus euacuauimus. Cum enim ad ſimilitudinem ſucceßionis ingenuorum , libertinorum ſucceßiones poſuerimus , quas uſque ad quintum gradum tantummodo coarctauimus , ut ſit aliqua inter ingenuos , & libertinos † differentia : ſufficit eis tam contra tabulas bonorum poſſeßio , quàm* Vnde legitimi , & Vnde cognati *, ex quibus poſſunt ſua iura uindicare , omni ſcrupuloſitate , & inextricabili errore iſtarum duarum bonorum poſſeßionum reſoluta †. Aliam uerò bonorum poſſeßionem,*

*l. fi. C. de emancip. liber.

† *liberi patroni*, T.

† *libertos*

† *reſoluto*

poſſeßionem, quæ Vnde uir, & uxor *appellatur, & nono loco inter ueteres bonorum poſſeßiones poſita fuerat, & in ſuo uigore ſeruauimus, & altiore loco, id eſt, ſexto eam poſuimus: decima quoque* † *bonorum poſſeßione, quæ erat* Vnde cognati manumiſſoris, *propter cauſas enumeratas meritò ſublata, ut ſex tantummodo bonorum poſſeßiones ordinariæ permaneant, ſuo uigore pollentes. Septima eas ſequuta, quam optima ratione* Prætores *introduxerunt. Nouißimè enim promittitur edicto ijs etiam bonorum poſſeßio, quibus ut detur, lege, uel ſenatuſconſulto, uel conſtitutione comprehenſum eſt, quam neque bonorum poſſeßionibus, quæ ab inteſtato ueniunt, neque ijs, quæ ex teſtamento ſunt,* Prætor *ſtabili iure connumerauit: ſed quaſi ultimum & extraordinarium auxilium (prout res exegit) adcommodauit, ſcilicet ijs, qui ex legibus, ſenatuſconſultis, conſtitutionibuſve principum, ex uno iure, uel ex teſtamento, uel ab inteſtato ueniunt.*

† *ueteri bonorum*

ARGVM.

Ne diutius creditores ſuis actionibus experiri remorentur, ac cunctando eludantur, liberis & parentibus anni ſpatium, adgnatis verò & cognatis dierum centum, ad petendam bonorũ poſſesſionem præfinitur: portio autem non petentis pari in gradu adcreſcit: uel ſi nullus extiterit, per edictum ſucceſſorium qui in ſequenti ſunt gradu admittuntur.

Cùm igitur plures ſpecies ſucceßionum Prætor *introduxiſſet, easque per ordinem diſpoſuiſſet, & in unaquaque ſpecie ſucceßionis ſæpe plures extent diſpari gradu perſonæ: ne actiones creditorum differentur, ſed haberent quos conuenirent, & ne facilè in poſſeßionem bonorum de*

functi mitterentur, & eo modo ſibi conſulerent, ideo petendæ bonorum poſſeſſioni certum tempus præfiniuit. Liberis itaque ex parentibus tam naturalibus, quàm adoptiuis in petenda bonorum poſſeſſione anni ſpatium, cæteris autem adgnatis, uel cognatis, centum dierum dedit. Et ſi intra hoc tempus aliquis bonorum poſſeſſionem non petierit, eiuſdem gradus perſonis adcreſcit: uel ſi nullus† ſit, deinceps cæteris bonorũ poſſeſſionem perinde ex ſucceſſorio edicto pollicetur, ac ſi is, qui præcedebat, ex eo numero nõ eſſet. Si quis itaque delatam ſibi bonorum poſſeſſionem repudiauerit, non quouſque tempus bonorum poſſeſſioni præfinitum exceſſerit, expectatur, ſed ſtatim cæteri ex eodem edicto admittuntur.

† nemo

ARGVM.

Dies ad bonorum poſſesſionem agnoſcendã præfixi, utiles ſunt, non continui: & bonorum poſſesſionem citra ſolennitatem coram iudice agnoſcere ſufficit.

In petenda autem bonorum poſſeſſione dies utiles ſinguli conſiderantur. Sed bene anteriores Principes & huic cauſæ prouiderunt, ne quis pro petenda bonorum poſſeſſione curet: ſed quocunque modo admittentis eam iudicium (intra ſtatuta tamen tempora) oſtenderit, plenum habeat earum† beneficium.*

*l. fi. C. q admi.

† eorum

De acquiſitione per adrogationem.

TIT. XI.

ARGVM.

Quamuis omnia adrogati bona (his ademptis quæ capitis deminutione pereunt) adrogatori patri olim pleno iure adquirerentur, hodie tamen ſolus aduentitiorum vſusfructus, (inſtar naturalium liberorum) illi quæritur.

Eſt

Eſt & alterius generis per uniuerſitatē ſucceßio, quæ neque lege duodecim tabularū, neque Prætoris edicto ſed eo iure, quod conſenſu receptum eſt, introducta eſt. Ecce enim eùm paterfamiliàs ſeſe in adrogationem dat, omnes res eius corporales, & incorporales, quæq; ei debitæ ſunt, adrogatori antea quidem pleno iure adquirebantur: exceptis ijs, quæ per capitis deminutionem pereunt, quales ſunt operarum obligationes, & ius adgnationis. uſus etenim & uſufructus, licet his antea connumerabantur, attamen capitis deminutione minima eos tolli prohibuit noſtra conſtitutio. nunc autē nos eandem adquiſitionem, quæ per adrogationē fiebat, coarctauimus ad ſimilitudinem naturalium parentum. Nil enim aliud, niſi tantummodo uſusfructus, tam naturalibus parentibus †, quàm adoptiuis per filiosfamiliarum adquiritur in ijs rebus, quæ extrinſecus filijs obueniunt, dominio eis integro ſeruato.*

*l. corruptionem C. de uſu fru.

† *Patribus,*

ARGVM.

Adrogati filii in adrogatione vita functi ſucceſſio ad adrogatorem pertinet: niſi ſuperſint qui ei præferantur. Item pro debitis ante adrogationem contractis non tenetur adrogator.

Mortuo autem filio adrogato in adoptiua familia, etiam dominium rerum eius ad adrogatorem pertra[illegible] niſi ſuperſint aliæ perſonæ, quæ ex conſtitutione noſtra patrem in ijs, quæ adquiri non poſſunt antecedant. Sed ex diuerſo pro eo quod is debuit, qui ſe in adoptionē dedit, ipſo quidem iure adrogator non tenetur, ſed nomine filij conuenitur: & ſi noluerit eum defendere, permittitur creditoribus per competētes noſtros magiſtratus bona quæ eius cum uſufructu ſi-*

*l.fin.C. cōm. de ſucceſ.

tura fuiſſent,ſi ſe alieno iuri non ſubieciſſet,poſ ſidere,& legitimo modo ea diſponere.

De eo cui libertatis cauſa bona addicuntur.

TIT. XII.

ARGVM.

* Aug.li. 3.cap.8. A*Cceßit***nouus caſus ſucceßionis ex cõſtitutione diui Marci.Nã ſi ij,qui libertatẽ acceperũt à domino in teſtamẽto, ex quo nõ aditur hereditas,uelint bona ſibi addici libertatũ conſeruandarum cauſa, audiuntur. Et ita Diui Marci reſcripto ad Pompilium*† *Ruſum continetur.uerba reſcripti ita ſe habent: Si Verginio Valenti, qui teſtamento ſuo libertatem quibuſdam adſcripſit, nemine ſucceſſore ab inteſtato exiſtente, in ea cauſa bona eius eſſe cœperunt, ut uenire debeant, is, cuius de ea re notio eſt, aditus rationẽ deſiderij tui habebit,ut libertatem tam earum, quæ directo,quàm earũ, quæ per ſpeciem*†*fideicommißi relictæ ſunt,tuendarum gratia addicãtur tibi: ſi idonee creditoribus caueris de ſolido,quod cuique debetur,ſoluendo. Et ij quidem quibus directa libertas data eſt,perinde liberi erunt,ac ſi hereditas adita eſſet Ii autem, quos heres manumittere rogatus eſt, à te libertatem conſequẽtur,ita,ut ſi non alia conditione uelis tibi bona addici,quàm ut ij etiam qui directo libertatem acceperunt,tui liberti fiant. Nam huic etiam uoluntati tuæ,ſi ij,quorum de ſtatu agitur,cõſentiant,auctoritatem noſtram adcommodamus. Et ne huius reſcriptionis noſtræ emolumentum alia ratione irritum fiat: ſi fiſcus bona agnoſcere uoluerit, & ij. qui rebus noſtris attendunt, ſciant*

† Popilium T.

† ſpem

ſciant commodo pecuniario præferendam eſſe libertatis cauſam, & ita bona cogẽda, ut libertas eis ſalua ſit qui eam adipiſci potuerunt, ac ſi hæreditas ex teſtamento adita eſſet. Hoc *reſcripto ſubuentum eſt & libertatibus & defunctis, ne bona eorum à creditoribus poſſideantur & ueneant.* Certè *ſi fuerint hac de cauſa bona addicta, ceſſat bonorũ uenditio: exiſtit enim defuncti defenſor, & quidem idoneus, qui de ſolido creditoribus cauet.* In *primis hoc reſcriptum toties locũ habet, quoties teſtamẽto libertates datæ ſunt* Quid *ergo ſi quis inteſtatus decedens, codicillis libertates dederit, neque adita ſit ab inteſtato hæreditas: an fauor cõſtitutionis debebit locum habere? Certè ſi inteſtatus † deceſſerit, & codicillis dederit libertatem, competere eam, nemini dubium eſt: tunc enim conſtitutioni locum eſſe uerba oſtendunt, cum nemo ſucceſſor ab inteſtato exiſtat.* Ergo *quãdiu incertum erit, utrum exiſtat, an non: ceſſabit conſtitutio. Si uerò certum eſſe cœperit, neminem exiſtere† tunc, erit conſtitutioni locus. Si is, qui integrum reſtitui poteſt, abſtinuerit † hæreditate: an quãuis poteſt in integrum reſtitui, poſſit admitti conſtitutio, & bonorum addictio fieri?* Q*uid ergo ſi poſt addictionem libertatum conſeruandarum cauſa factam in integrum ſit reſtitutus?* Vt*ique nõ erit dicendũ reuocari libertates, quia† ſemel competierunt.* Hæc *conſtitutio libertatum tuendarum cauſa introducta eſt.* Ergo *ſi libertates nullæ ſunt datæ: ceſſat hæc conſtitutio.* Quid *ergo ſi uiuus dederit libertates, uel mortis cauſa: & ne de hoc quæratur, utrũ in fraudem creditorum, an non factum ſit, idcirco uelint ſibi addici bona: an audiendi ſunt?* Et *magis eſt, ut audiri debeant,*

† *teſtatus decedat*

† *extare,*

† *ſe ab*

† *quæ*

beant, & ſi deficiant uerba conſtitutionis. Sed cùm multas diuiſiones eiuſmodi conſtitutioni deeſſe perſpeximus: lata eſt à nobis pleniſſima conſtitutio, in quā multæ ſpecies collocatæ ſunt, quibus ius huiuſmodi ſucceſſionis pleniſſimū eſt effectum, quas ex ipſius † lectione conſtitutionis poteſt quis cognoſcere.

†ipſa

De ſucceſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum uenditiones, & ex ſenatuſconſulto Claudiano. *

*Vid Sueto. in Veſpaſia.

TIT. XIII.

ERant ante prædictam ſucceſſionem olim & aliæ per uniuerſitatē ſucceſſiones: qualis fuerat bonorū emptio, quæ de bonis debitoris uēdendis per multas ambages fuerat introducta †. & tūc locū habebat, quando iudicia ordinaria in uſu fuerant. ſed cùm extraordinarys iudicys poſteritas uſa eſt, ideo cum ipſis ordinarys iudicys etiam bonorum uenditiones exſpirauerunt, & tantummodo creditoribus datur officio iudicis bona poſſidere, & prout utile eis uiſum eſt, ea diſponere, quod ex latioribus Digeſtorum libris perfectius apparebit. Et ex Senatuſconſulto Claudiano miſerabilis per uniuerſitatem adquiſitio: cùm libera mulier ſeruili amore bacchata, ipſam libertatem per ſenatuſconſultum amittebat, & cum libertate ſubſtantiam. quod indignum noſtris temporibus eſſe exiſtimantes, & à noſtra ciuitate deleri, & non inſeri noſtris Digeſtis conceſſimus.*

†γινομένη.

* Quibus ex cauſ. i poſ. eat. & ti. ſeq. lib. 42.

De obligationibus.

Titu.

* Tertiam iuris ciuilis partem expoſiturus, de obligationibus unde actiones ceu ex matre oriuntur, titulum generalem, atque deinceps earum ſpecies præponit: quo prælibatis obligationibus, naturas actionum maturius adſequamur.

NVnc transeamus ad obligationes Obligatio eſt iuris uinculũ, quo neceſſitate adſtringimur alicuius rei ſoluẽdæ ſecũdũ noſtræ ciuitatis iura. Omniũ autem obligationum ſumma diuiſio in duo genera diducitur: nanque aut ciuiles ſunt, aut prætoriæ. ciuiles ſunt, quæ aut legibus conſtitutæ, aut certo † iure ciuili comprobatæ ſunt. Prætoriæ ſunt, quas Prætor ex ſua iuriſdictione cõſtituit; quæ etiam honorariæ uocantur. Sequens diuiſio in quatuor ſpecies diuiditur †. Aut enim ex contractu ſunt, aut quaſi ex contractu, aut ex maleficio, aut quaſi ex maleficio. Prius eſt, ut de ijs, quæ ex contractu ſunt, diſpiciamus. Harum æquè quatuor ſunt ſpecies. Aut enim re contrahuntur, aut uerbis, aut literis, aut conſenſu. de quibus ſingulis diſpiciamus.

† certè

† diducitur.

Quibus modis re contrahitur obligatio.

TIT. XV.

ARGVM.

Mutuum ex eo dictum, quòd de meo tuum fiat, in iis rebus tantùm conſiſtit quas numero, pondere uel menſura conſtantes, in hoc damus, ut eorum fiant à quibus recipiuntur: & ad nos non illæ ipſæ, ſed eiuſdem qualitatis aliæ reuertantur.

RE* *contrahitur obligatio, ueluti mutui datione. Mutui autem datio in ijs rebus conſiſtit,*

* l. 1. §. re cõtrahit D. d̃ obl. & act.

conſiſtit, quæ pondere, numero menſurave conſtant, uelut i uino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: quas res aut numerando, aut metiendo, aut appendendo in hoc damus, ut accipientium fiant. † *Et quoniam nobis nõ eadem res, ſed aliæ eiuſdem naturæ & qualitatis redduntur: inde* † *etiam mutuum appellatum eſt, quia ita à me tibi datur, ut ex meo tuum fiat: & ex eo contractu naſcitur actio: quæ uocatur certi condictio.*

† *& quãdoque* Aug. li. 3 cap. 7.

† *vnde*

A R G V M.

Indebito errore ſoluto perinde re obligatur recipiens, atque ſi ei mutuum factum fuiſſet; idcirco in eum condictitia actio datur: impuberes autem ſine tutore indebitũ recipientes, nihilo magis re obligantur quàm ex mutuo.

Is quoque, qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem ſoluit, re obligatur: daturq; agenti contra eum propter repetitionem condictitia actio. Nam perinde ei † *condici poteſt, ſi ap paret* † *eũ dare oportere, ac ſi mutuũ accepiſſet. Vnde pupillus, ſi ei ſine tutoris authoritate in debitum per errorem datum eſt, nõ tenebitur* † *indebiti: condictione: non magis, quàm mutui datione. Sed hæc ſpecies obligationis nõ uidetur ex contractu conſiſtere: cùm is, qui ſoluendi animo dat, magis uoluerit negotium diſtrahere, quàm contrahere.*

† *ab eo*

† *paret*

† *tenetu*

A R G V M.

Non minus re obligatur qui commodatum accepit, quàm qui mutuum: in hoc tamen differunt quod mutuum accipiens, rei dominium aſſequitur: & ob id aduerſo caſu non liberatur: is autem cui commodatur, dominus nõ fit: qui quamuis rei cuſtodiendæ exactiſſimam curam præſtare debeat, de caſu tamẽ fortuito (niſi culpa præceſſerit) minimè tenetur.

Item

*Item is,*cui res aliqua utenda datur,id eſt, commodatur,re obligatur, & tenetur commodati actione. Sed is,ab eo, qui mutuum accepit,longè diſtat.namque non ita res datur, ut eius fiat:& ob id de ea re ipſa reſtituenda tenetur. Et is quidem, qui mutuum accepit, ſi quolibet fortuito caſu amiſerit, quod accepit, ueluti,incendio,ruina,naufragio, aut latronum hoſtiumve incurſu, nihilominus obligatus remanet.† At is,qui utendum accepit, ſanè quidẽ exactam diligentiam cuſtodiendæ rei præſtare iubetur:nec ſufficit ei tantam diligentiam adhibuiſſe,quantam ſuis rebus adhibere ſolitus eſt.ſi modo alius diligentior poterat † eam rem cuſtodire. ſed propter maiorem uim.maioreſve caſus non tenetur ſi modò non ipſius culpa is caſus interuenerit.alioqui ſi id,quod tibi commodatum eſt domi peregrè tecum ferre malueris, & uel incurſu hoſtium prædonumve, uel naufragio amiſeris:dubium non eſt,quin de reſtituenda ea re tenearis.Commodata autem res tunc propriè intelligitur,ſi nulla mercede accepta uel conſtituta,res tibi utenda data eſt,alioqui mercede interueniente,locatus tibi uſus rei uidetur. Gratuitum enim debet eſſe commodatum.* *d.l. 1. §. is quoq;. †*permanet* †*poterit*

*Præterea & is*apud quem res aliqua deponitur,re obligatur, teneturq; actione depoſiti: quia & ipſe de ea re,quam accepit,reſtituenda tenetur.Sed is ex eo ſolo tenetur,ſi quid dolo cõmiſerit.culpæ autem nomine, id eſt, deſidiæ ac negligentiæ non tenetur.Itaque ſecurus eſt,qui parum diligenter cuſtoditam rem furto amiſerit: quia qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit,non ei,ſed ſuæ facilitati† id imputare debet.* *d.l.1.§. is quoq; apud. †*ſtultitiæ*

Argum.

ARGVM.

Pignoris quoque obligatio re contrahitur: quæ quia utriuſque contrahentis gratia celebratur, creditorem de dolo, & leui culpa tantũ obnoxium redit.

* d.l.1.§. creditor.

*Creditor quoq; *qui pignus accepit, re obligatur: quia & ipſe de ea re, quam accepit, reſtituenda tenetur actione pignoratitia. Sed quia pignus utriuſque gratia datur, et debitoris, quo magis pecunia ei credatur: & creditoris, quo magis ei in tuto ſit creditum, placuit ſufficere, ſi ad eam rem cuſtodiendam ex actam diligentiã adhibeat: quam ſi præſtiterit, & aliquo fortuito caſu rem amiſerit, ſecurũ eſſe, nec impediri creditum petere.*

De verborum obligationibus.

TIT. XVI.

ARGVM.

Quæ ex ſtipulatione, id eſt, ultro citroq; facta interrogatione & reſponſione obligatio oritur, uerborum obligatio dicitur: ex qua ſi certũ in ea deductum ſit, certi condictio: ſi incertum, ex ſtipulatu actio proficiſcitur, & quamuis ſolenni quadam uerborum formula olim cõcipi deberet, hodie tamen quibuſcunq; uerbis (modò vterque contrahentium quid alter] uelit intelligat) fieri poteſt.

* l.1.§. uerbis D. de oblig. & act. †reſponſu

*Verbis obligatio*cõtrahitur ex interrogatiõe & reſpõſione†cũ quid dari fieri ve nobis ſtipulamur, ex qua duæ ꝓficiſcũtur actiones, tã cõdictio certi, ſi cert a ſit ſti pulatio: quàm ex ſtipulatu, ſi incerta ſit. quæ hoc nomine ĩde utitur, quòd ſtipulũ apud ueteres firmum appellabatur fortè à ſtipite deſcendens. In hac re olim talia uerba tradita fuerunt, Spon*

des?

des?Spondeo.Promittis?Promitto. Fidepromittis?Fidepromitto.Fideiubes?Fideiubeo. Dabis?dabo.Facies ? faciam.*Vtrùm autem Latina,an Græca,uel qualibet† alia lingua ſtipulatio concipiatur,nihil intereſt:ſcilicet ſi uterque ſtipulantium intellectum eius linguæ habeat: nec neceſſe eſt eadem lingua utrunque uti,ſed ſufficit congruenter ad interrogata† reſpondere. Quinetiam duo Græci Latina lingua obligationem contrahere poſſunt,Sed hæc ſolennia . uerba olim quidem in uſu fuerunt : poſtea autem Leonina conſtitutio lata eſt,quæ ſolennitate uerborum ſublata ſenſum & conſonantē intellectum ab utraque parte ſolùm deſiderat , quibuſcunque tandem uerbis expreſſum† eſt.* †qua †interrogatum †expreſſus

A R G V M.

Stipulationis puræ ſtatim cedit dies, & petendi ius competit ! ſtipulationis uerò in diem quamuis ſtatim dies ceſſerit , non tamen antea promiſſum peti poteſt, quàm etiam tota dies quam ſtipulatio facta fuit prætcrierit .

Omnis ſtipulatio,aut purè , aut in diem, aut ſub conditione fit . Purè ueluti, Quinque aureos dare ſpondes? *Idq; confeſtim peti poteſt, In diem,cùm adiecto die,quo pecunia ſoluatur , ſtipulatio fit : ueluti ,* Decem aureos primis Calendis Martiis dare ſpondes ? *Id autem quod in diem ſtipulamur,ſtatim quidē debetur: ſed peti prius,quàm dies uenerit,non poteſt. at †ne eo quidem ipſo die, in quem ſtipulatio facta eſt,peti poteſt : quia totus is dies arbitrio ſoluentis tribui debet. Neque enim certum eſt eo die, in quem promiſſum eſt , datum non eſſe , prius quàm is præterierit .†* †ac ne † prætereat.

* Adnota ,Tempus ipſo iure non poſſe *tollere*

ita ſtipuletur, Hodie Carthagini dare ſpondes? *inutilis erit ſtipulatio: cùm impoßibilis ſit repromißio.*

ARGVM.

Eam propriè conditionem dicimus, quæ futurum reſpicit: idcirco conditio quæ ad præſens aut præteritum refertur, ſtipulationem cõditionalem non reddit: ſed aut puram aut nullam.

Conditiones, quæ ad præſens uel præteritum tempus referuntur: aut ſtatim infirmant obligationem aut omnino non differunt: ueluti, Si Titius Conſul fuit. *uel*, Si Mæuius uiuit, dare ſpondes? *Nam ſi ea ita non ſunt, nihil ualet ſtipulatio. ſin autem ita ſe habent: ſtatim ualet. Quæ enim per rerum naturam ſunt certa, non morantur obligationem, licet apud nos incerta ſint.*

ARGVM.

Factũ in ſtipulationibus deduci poſſe exploratì iuris eſt: quibus (cùm intereſſe præſtando à facti obligatione eximatur promiſſor) vtile eſt pœnam adiici: propter eius quod intereſt difficilem probationem.

Non ſolùm res in ſtipulatum deduci poſſunt, ſed etiam facta, ut ſi ſtipulemur aliquid fieri, uel non fieri, & in huiuſmodi ſtipulationibus optimum erit pœnam ſubijcere, ne quantitas ſtipulationis in incerto† ſit, ac neceſſe ſit actori probare, quod eius interſit. Itaq; ſi quis, ut fiat aliquid, ſtipuletur: ita adijci pœna debet, Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes? *Sed ſi quædam fieri, quædam non fieri, una eademq; conceptione ſtipuletur quis: clauſula huiuſmodi erit adijcienda,* Si aduerſus ea factum erit, ſiue quid † *incerta*

ita factum non fuerit† tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes?

De duobus reis ſtipulandi & promittendi.

TITVLVS XVII.

ARGVM.

Ne credito hic reos à reatu ſiue delicto dici ſed eos reos ſtipulandi dicimus, qui duo, pluresve ab aliquo ſibi quid dari aut fieri ſtipulãtur, quibus ſimul reſpondetur, promittendi verò reos, qui ſeparatim interrogati, cuipiam idem dare aut facere ſinguli ꝓmittunt: proinde quod duobus reis ſtipulandi debetur, ſingulis in ſolidum debetur, & è regione quod plures promittendi rei ſpoſpõderunt ſinguli ſolidum dare tenentur: vnius tamen ſolutione aut receptione, utriuſque perimitur obligatio.

*l. 1. D. hoc titu. ET *ſtipulandi,* *& ꝓmittendi duo, pluresve rei fieri poſſũt. Stipulãdi ita, ſi poſt omniũ interrogationẽ promiſſor riſpõdeat,* Spondeo, *utputa cùm duobus ſeparatim ſtipulantibus ita promiſſor reſpondeat,* Vtrique ueſtrum dare ſpondeo. *Nam ſi prius Titio ſpõponderit, deinde alio intorroganti ſpõdeat: alia atque alia erit obligatio, nec creduntur: duo rei ſtipulandi eſſe. Duo pluresve rei promittendi ita fiunt.* Mæui decem† aureos dare ſpõdes, & Sei, eoſdem decẽ† aureos dare ſpõdes? *ſi reſpondeãt ſinguli ſeparatim,* Spondeo? *ex huiuſcemodi obligationibus, et ſtipulationibus*† *ſolidũ ſingulis debetur; & promittẽtes ſinguli inſolidũ tenẽtur. In utraque tamẽ obligatione una res uertitur, & uel alter debitũ accipiẽdo, uel alter ſoluẽdo omniũ perimit obligationẽ, & omnes liberat. Ex duobus reis promittẽdi alius purè alius in diẽ, uel ſub conditione obligari poteſt*

†*quinque*
†*quinque*
†*ſtipulantibus*

nec

nec impedimento erit dies, aut conditio, quominus ab eo, qui purè obligatus eſt, petatur.

De ſtipulatione ſeruorum.

TIT. XVIII.

ARGVM.

Si quid hæreditarius ſeruus, iacente adhuc hęreditate, ſtipuletur, futuro hæredi acquiritur. Item vtcunque concepta fuerit ſerui aut filii ſtipulatio, domino aut patri protinus quæritur.

*Seruus ex perſona domini ius ſtipulādi habet. Sed et hæreditas in plerisq; perſonæ defuncti uicē ſuſtinet: ideoq; quod ſeruus hæreditarius ante aditā hæreditatē ſtipulatur acquirit hæreditati, ac per hoc etiā hæredi poſtea facto acquiritur. Si autem*domino, ſiue ſibi, ſiue conſeruo ſuo, ſiue imperſonaliter ſeruus ſtipuletur, domino acquirit. Idē iuris eſt & in liberis, qui in poteſtate patris ſunt, ex quibus cauſis acquirere poſſunt.*

*l. ſiue mihi. D. hoc titu.

ARGVM.

Seruus factum ſuam ipſius perſonā reſpiciēs ſtipulando, ſibi non domino quærit.

Sed cùm factum in ſtipulatione cōtinebitur, omnimodo perſona ſtipulantis continetur: ueluti ſi ſeruus ſtipuletur, ut ſibi ire agere liceat. ipſe enim tantum prohiberi non debet, non e iam dominus eius.

ARGVM.

Ex communi ſerui ſtipulatione vnicuiq; dominorum pro portione ſcilicet dominica acquiritur niſi vnius domini iuſſu, aut nomine ſtipulatus quod autem uni dominorum quæri nō poteſt alteri adcreſcit.

Seruus communis ſtipulando, unicuique dominorū proportione dominij acquirit: niſi iuſſu unius

tus fuerit: ueluti Stichũ, qui mortuus ſit, quem uiuere credebat: aut hippocentaurum, qui eſſe non poſſit: inutilis erit ſtipulatio. Idem iuris eſt, ſi rem ſacram, aut religioſam, quam humani iuris eſſe credebat: uel rem publicam, quæ uſibus populi perpetuò expoſita ſit. ut forum, uel theatrum: uel liberum hominem, quem ſeruum eſſe credebat: uel cuius commerciũ non habuerit, uel rem ſuam dari quis ſtipuletur.* * l. inter. §. ſacram D. de ver. oblig.

*Adnota, Euentum rei ad quem præſens ſtatus non tendit, nequaquam conſiderandum.

Nec in pendenti erit ſtipulatio ob id, quòd publica res in priuatam deduci, † & ex libero ſeruus fieri poteſt, & cõmercium adipiſci ſtipulator poteſt, & res ſua ſtipulatoris eſſe deſinere poteſt: ſed protinus inutilis eſt. † *poteſt*

*Adnota, Etiam quod à principio valuit, ſi ad eum perueniat caſum à quo initium ſumere nequit, uitiari. l. inter ſtipulã tem. §. ſacram. D. de uerb. oblig.

Item contrà, licet initio utiliter res in ſtipulatum deducta ſit, ſi tamen poſteà in aliquam eorum cauſam, de quibus ſuprà dictum eſt, ſine facto promiſſoris deuenerit, extinguitur ſtipulatio. At nec ſtatim ab initio talis ſtipulatio ualebit, Lucium Titium, cùm ſeruus erit, dare ſpondes? *& ſimilia. quæ enim natura ſui dominio noſtro exempta ſunt, in obligationem deduci nullo modo poſſunt.*

ARGVM.

Alieni facti promisſio inutilis eſt: facti autẽ proprii utilis.

Si quis aliũ daturum facturũve quid promiſerit †, non obligabitur: ueluti ſi ſpondeat Titium † *ſpopon-derit.*

tium quinque aureos daturum. Quòd ſi effectu rum ſe, ut Titius daret ſpoponderit, obligatur.

ARGVM.

Stipulari nemo poteſt vt alteri (quàm ei cuius iuri ſubiectus ſit) aliquid detur aut fiat.

Si quis alij, quàm ei, cuius iuri ſubiectus ſit, ſtipuletur, nihil agit.

ARGVM.

Adiecto ſolutioni obligatio non quæritur, ei tamen rectè ſoluitur: taliſq; ſolutio obligationem perimit: tenetur tamen adiectus mandati actione propoſita, ſtipulanti quod accepit reſtituere.

*l.ſi.§.cũ mihi. D. de uerbo. obliga.

† extranei.

*Planè** *ſolutio etiam in extraneam † perſonam conferri poteſt, ueluti ſi quis ita ſtipuletur,* Mihi aut Seio dare ſpondes? *ut obligatio quidem ſtipulatori acquiratur, ſolui tamẽ Seio, etiam inuito eo, rectè poßit, ut liberatio ipſo iure contingat, ſed ille aduerſus Seium habeat mandati actionem.*

* Adnota, Ea eſt ratio nam extranei adiectio inutilis, utilem pro parte ſtipulatoris uitiare non debet ſtipulationem: utile enim per inutile nequaquam uitiatur. l.1.§.pen. D. de uerb. oblig.

† Placet ut

Quòd ſi quis ſibi, & alij, cuius iuri ſubiectus non ſit, dari decem aureos ſtipulatus eſt, ualet quidem ſtipulatio, ſed utrùm totũ debeatur ſtipulatori, quod in ſtipulationem deductum eſt, an uerò pars dimidia. dubitatũ eſt, ſed † placuit, non plus quàm dimidiam partem ei acquiri. Ei uerò, qui iuri tuo ſubiectus eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi acquiris: quia uox tua, tanquam filij ſit, ſicuti & filij uox, tanquam tua intelligitur in ijs rebus, quæ tibi acquiri poſſunt.

Argum.

ARGVM.

Reſponſio interrogationi non conueniẽs, ſtipulationem nullam efficit: & qui interrogatis ſimpliciter reſpondet, cum omnibus interrogationi connexis qualitatibus reſpondiſſe cenſetur: quandoquidem ad omnia in interrogatione deducta, refertur ſimplex reſponſio.

Præterea * *inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis ad ea quæ interrogatus fuerit, non reſpondeat: ueluti ſi quis decem** *aureos à te dari ſibi ſtipuletur, tu quinq; promittas, uel contrà: aut ſi ille purè ſtipuletur, tu ſub conditione promittas, uel contrà: ſi modo ſcilicet id exprimas, id eſt, ſi cui ſub conditione, uel in diem ſtipulanti, tu reſpondeas:* Præſenti die ſpondeo. *Nam ſi hoc ſolùm reſpondeas,* Promitto: *breuiter uideris in eandem diem, uel conditionem ſpopondiſſe* Neq; *enim neceſſe eſt in reſpondendo eadem omnia repeti, quæ ſtipulator expreſſerit.* Item *inutilis eſt ſtipulatio, ſi uel ab eo ſtipuleris, qui tuo iuri ſubiectus eſt, uel ſi is à te ſtipuletur. Sed ſeruus quidem non ſolùm domino ſuo obligari non poteſt, ſed ne quidem ulli alij: filij uerò familiarũ† alijs obligari poſſunt. Mutum** *neq; ſtipulari, neque promittere poſſe palàm eſt, quod & in ſurdo receptum eſt: quia & is, qui ſtipulatur, uerba promittentis: & is, qui promittit, uerba ſtipulantis audire debet unde apparet, non de eo nos loqui, qui tardius exaudit: ſed de eo qui omnino non audit* †. *Furioſus nullum negotium, gerere poteſt: quia non intelligit, quod agit.*

* l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. D. de uer. oblig.
* Alcia. l. 1. §. ſi ſtipulãti D. de uerb. oblig.
† *filiis*
* l. j §. mutũ. D. de uer. obli.
† *exaudiat.*

ARGVM.

Qui infantiam exceſſit, alium ſibi obnoxium (etiam ſine tutoris authoritate) reddere poteſt: ipſe autem alteri obligari non poteſt.

Pupillus omne negotium rectè gerit, ita tamen,

† *ut tamẽ* *men, ut ubi* † *tutoris authoritas neceſſaria ſit, adhibeatur tutor, ueluti ſi ipſe obligetur. nam, alium ſibi obligare etiam ſine tutoris auctoritate poteſt. Sed quod diximus de pupillis, utique de ijs uerum eſt, qui iam habent aliquem intellectum, nam infans, & qui infantiæ proximus eſt, non multùm à furioſo diſtant: quia huiuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantiæ, propter utilitatem eorum, benignior iuris interpretatio facta eſt: ut idem iuris habeant, quod pubertati proximi. Sed qui in poteſtate parentis eſt impubes, ne auctore quidem patre obligatur.*

ſicuti

* Adnota, Conditionem impoſſibilem negatiuè conceptam (cùm potius neceſſaria, quàm impoſſibilis dicatur) ſtipulationem non uitiare, nec ſuſpendere, ſed puram reddere. l. impoſſibilis. D. de uerb. oblig.

Si impoßibilis conditio obligationibus adijciatur, nihil valet ſtipulatio. impoßibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento eſt, quo minus exiſtat, ueluti ſi quis ita dixerit, Si digito cœlum attigero, dare ſpondes? *At ſi ita ſtipuletur:* Si digito cœlum non attigero, dare ſpondes? *purè facta obligatio intelligitur, ideoque ſtatim peti* † *poteſt.*

† *petere* T.

ARGVM.

Stipulatio partium præſentiam expoſtulat, publicæ tamẽ ſcripturæ partes præſentes fuiſſe enarranti, uſque adeò fides adhibetur, ut niſi abſentiam allegans eam legitimè probarit, perpetuò illi ſtetur.

Item uerborum obligatio inter abſentes concepta inutilis eſt. Sed cum hoc materiam litium contentioſis

*contentioſis hominibus præſtabat, † fortè poſt tempus tales allegationes opponentibus, & non præſentes fuiſſe, uel ſe, uel aduerſarios ſuos contendentibus, ideo noſtra conſtitutio*propter celeritatem dirimendarum litium introducta eſt, quam ad Cæſarienſes aduocatos ſcripſimus: per quam diſpoſuimus tales ſcripturas, quæ præſto eſſe partes indicant, omnino † eſſe credendas: niſi is, qui talibus utitur improbis allegationibus, manifeſtiſsimis probationibus uel per ſcripturã, uel per teſtes idoneos adprobauerit, toto † eo die: quo conficiebatur inſtrumentum, ſeſe uel aduerſarium ſuum in alijs locis fuiſſe.* † *præſtaret.* *l. optimam. C. de cõtr. ſtipul. † *omnimodo.* † *in ipſo*

ARGVM.

Actiones hodie ab hæredibus, & contra hæredes initium capere poſſunt.

Poſt mortem ſuam dari ſibi nemo ſtipulari poterat, non magis, quàm poſt eius mortem, à quo ſtipulabatur. Ac nec is, qui in alicuius poteſtate eſt, poſt mortem eius ſtipulari poterat: quia patris uel domini uoce loqui uideretur. † *Sed & ſi quis ita ſtipuletur,* Pridie quàm moriar: *uel,* Pridie quàm morieris, dare † ſpondes? *inutilis erat ſtipulatio. Sed cùm (ut iam dictum eſt) ex conſenſu contrahentium ſtipulationes ualeant, placuit nobis etiam in hũc iuris articulum neceſſariam inducere emendationẽ: ut ſiue poſt mortem, ſiue pridie quam moriatur † ſtipulator, ſiue promiſſor, ſtipulatio concepta ſit ſtipulatio ualeat.* † *uidetur.* † *dari* † *moreretur*

ARGVM.

Prępoſtera ſtipulationis conceptio inutilem minimè reddit ſtipulationem.

*Item *ſi quis ita ſtipulatus erat,* Si nauis cras ex Aſia venerit, hodie dare ſpondes? *Aug. li. 1. cap. 9. Emend.

inutilis erat ſtipulatio, quia præpoſterè cõcepta eſt. Sed quum Leo inclytæ recordationis in dotibus eandem ſtipulationẽ, quæ præpoſtera nuncupatur, non eſſe reijciendam exiſtimauerit, nobis placuit, & huic perfectum robur accommodare, ut non ſolùm in dotibus, ſed etiam in omnibus ualeat huiuſmodi conceptio ſtipulationis. Ita autem ſtipulatio concepta, ueluti ſi Titius dicat,* Cùm moriar, dare ſpondes? *uel,* Cùm morieris: *& apud ueteres utilis erat, & nunc ualet. Item poſt mortem alterius rectè ſtipulamur.*

*l. præpoſteri. C. de teſtam.

* Adnota, Ea eſt ratio. nam omnia ſolenniter acta præſumuntur. l. ſciendũ. D. de uerb. oblig.

Si ſcriptum in inſtrumento fuerit, promiſiſſe aliquem. perinde habetur, atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit.

* Adnota, Tot ineſſe ſtipulationes, quot res in ſtipulationem deductæ. l. ſcire debemus. D. de uerb. oblig.

Quoties plures res una ſtipulatione comprehenduntur, ſi quidem promiſſor ſimpliciter reſpondeat, Dare ſpondeo: *propter omnes tenetur. Si uerò unam ex his, uel quaſdam daturum ſe ſpoponderit: obligatio in ijs, pro quibus ſpoponderit, contrahitur. Ex pluribus enim ſtipulationibus una, uel quædam uidentur eſſe perfectæ: ſingulas enim res ſtipulari, & ad ſingulas reſpondere debemus.*

ARGVM.

Vt alteri detur, uel fiat, ſtipulari nõ poſſumus quãdoquidem alteri adquiri, noſtra minimè intereſt: pœnam tamen, ſi promiſſa non præſtentur, ſtipulari nobis non prohibemur.

*l. ſtipulatio iſta §.

Alteri ſtipulari * *(ut ſuprà dictum eſt) nemo po-*

mo poteſt. Inuenta enim ſunt huiuſmodi ſtipulationes uel obligationes ad hoc, ut unuſquiſque adquirat ſibi, quod ſua intereſt. cæterùm † ſi alij detur: nihil intereſt ſtipulatoris. Planè ſi quis uelit hoc facere, pœnam ſtipulari conueniet: ut niſi ita factum ſit, ut eſt cōprehenſum, committatur pœnæ ſtipulatio etiã ei, cuius nihil intereſt. Pœnam enim cum ſtipulatur quis, non illud inſpicitur, quod interſit eius, ſed quæ ſit quantitas in conditione † ſtipulationis. Ergo ſi quis ita ſtipuletur, Titio dari? *nihil agit: ſed ſi adiecerit pœnã,* Niſi dederis, tot aureos dare ſpondes? *tunc committitur ſtipulatio.* alteri. D. de verb. oblig. † ut alij † quæque conditio

A R G V M.

Quoties noſtra intereſt extraneo dari, toties ei ſtipulari poſſumus.

*Sed & * ſi quis ſtipuletur alij, cùm eius intereſſet, placuit ſtipulationem ualere. Nam ſi is, qui puppilli tutelam adminiſtrare cœperat, ceſſerit adminiſtrationem contutori ſuo, & ſtipuletur rem pupilli ſaluam fore: quoniam intereſt ſtipulatoris fieri, quod ſtipulatus eſt (cùm obligatus futurus ſit pupillo, ſi male res geſſerit) tenet obligatio. Ergo & ſi quis procuratori ſuo dari ſtipulatus ſit: habebit uires ſtipulatio. Et ſi creditori ſuo quis ſtipulatus ſit, quod ſua intereſt, ne forte uel pœna cōmittatur, uel prædia diſtrahantur, quæ pignori data erant: ualet ſtipulatio. Verſa uice, qui alium facturum promiſit, uidetur in ea eſſe cauſa, ut non teneatur, niſi pœnam ipſe promiſerit.* Item* *nemo rem ſuam futuram, in eum caſum, quo ſua ſit, utiliter ſtipulatur.* *d. l. ſtipulatio. §. ſi quis ergo. *l. nemo. D. de uer. obli.

A R G V M.

Inutilis eſt ſtipulatio, ſi in re quæ in ſtipulationem deducitur, diſſenſus uerſetur.

*Si de alia re ſtipulator ſenſerit, de alia promiſſor, perinde nulla contrahitur obligatio, ac ſi ad interrogatum reſponſum non eſſet: ueluti ſi hominem Stichum à te quis ſtipulatus fuerit, tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichum uocari credideris. Quod turpi ex cauſa promiſſum eſt: ueluti ſi quis homicidium, uel ſacrilegium ſe facturum promittat, non ualet. Cùm quis ſub aliqua conditione ſtipulatus fuerit, licet ante conditionem deceſſerit, poſteà exiſtente conditione hæres eius agere poteſt. Idem eſt, & ex promiſſoris parte. Qui hoc anno, * aut hoc menſe dari ſtipulatus eſt, niſi omnibus partibus anni uel menſis præteritis, non rectè petet.*

*l.q. hoc anno. D. de uerb. oblig.

A R G V M.

Etiam ſi pura fuerit ſtipulatio, eius tamen executioni tacitè id tempus adiectum uidetur, quo commodè promiſſa à debitore impleri queant.

Si fundum dari ſtipuleris, uel hominem: non poteris continuò agere, niſi tantum ſpatiũ† præterierit, quo traditio fieri poſſit.

† *ſpacij*

De fideiuſſoribus.

T I T. XXI.

A R G V M.

Quandoquidem nõ ſemper ei qui promittit tutum eſt credere, cautus erit alium adſumere, qui obligationem illam in ſe recipiat, promiſſore quoque remanente obligato: quem fideiuſſorem à fide promiſſa appellamus, qui quidẽ cuiuis obligationi utcunq; contractæ (etiam ſi naturalis tantum ſit) accedere poteſt.

PRo eo qui promittit, ſolent alij obligari, qui fideiuſſores appellantur: quos homines accipere ſolent, dũ curant, ut diligentius † ſibi cautũ ſit. In omnibus autẽ obligationibus adſumi,*

*l.j.§ ſed aut proprio D. de obl.&ac.

† *tutius* D.

*adſumi poſſunt *,id eſt, ſiue re, ſiue uerbis, ſiue literis,ſiue conſenſu contracta fuerint. At nec illud quidem intereſt,utrùm ciuilis, an naturalis ſit obligatio, cui adijcitur fideiuſſor: adeò quidem,ut pro ſeruo quoque obligetur, ſiue extraneus ſit, qui fideiuſſorem à ſeruo accipiat, ſiue ipſe dominus in id, quod ſibi naturaliter debetur. Fideiuſſor* non tantùm ipſe obligatur ſed etiam hæredem relinquit obligatum. Fideiuſſor & præcedere obligationem,& ſequi poteſt.* *l.1.D. de fideiuſſ. *l.4.§.1. D. eod.

A R G V M.

Si plures ſint fideiuſſores pro eodem interuenientes,in ſolidum tenentur ſinguli, diui tamē Hadriani beneficio(ſi omnes litis conteſtatæ tempore ſoluendo exiſtant) in uirile ſcinditur debitum,quòd ſi unus fideiuſſorem neglecto diui hadriani beneficio, ſolidum debitum exoluerit. fruſtra à confideiuſſoribus uiriles petere nitetur, ſed ei cum principali debitore experiendum eſt.

Si plures ſint fideiuſſores,quotquot erūt numero,ſinguli inſolidum tenentur. Itaque liberū eſt creditori,à quo uelit ſolidum petere. Sed ex epiſtola diui Hadriani compellitur creditor à ſingulis,qui modò ſoluendo ſunt, litis conteſtatæ tempore,partes petere. Ideoq; ſi quis ex fideiuſſoribus eo tempore ſoluendo non ſit, hoc cæteros onerat. Sed ſi ab uno fideiuſſore creditor totum conſequutus fuerit, huius ſolius detrimentum erit, ſi is pro quo fideiuſſit, ſoluendo non ſit:& ſibi imputare debet, cùm potuerit iuuari ex epiſtola diui Hadriani, & deſiderare, ut pro parte in ſe detur actio.* *l. inter & ſ eqnē. D.eod.

A R G V M.

Fideiuſſoria obligatio acceſſoria eſt principali:quo fit vt maior principali eſſe nequeat:minor autem queat.

* Adnota illud uulgatum: Qui citò dat, bis dat.

Fideiuſſores ita obligari non poſſunt, ut plus debeant, quàm debet is, pro quo obligantur. Nã eorum obligatio, acceßio eſt principalis obligationis: nec plus in acceßione poteſt eſſe, quàm in principali re. At ex diuerſo, ut minus debeãt, obligari poſſunt. Itaque ſi reus decem aureos promiſerit, fideiuſſor in quinque rectè obligatur: contrà uerò obligari non poteſt. Item ſi ille purè promiſerit, fideiuſſor ſub conditione promittere poteſt: contrà uerò non poteſt. Non ſolùm autem† *in quantitate, ſed etiam in tẽpore, minus aut plus intelligitur. Plus eſt enim ſtatim aliquid dare: minus eſt poſt tempus dare. Si quid autem fideiuſſor pro reo ſoluerit, eius recuperandi cauſa habet cum eo mandati iudicium. Græce** *etiam fideiuſſor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίςει κελεύω*† *ἐγώ. ſed et ſi dixerit* θέλω *ſiue,* βούλομαι, *ſed &* φημί: *pro eo erit, ac ſi dixerit.* λέγω.†

† enim

*l. Grecè D. cod.

† θέλω.

† ἐγγυάομαι.

A R G V M.

Solennitas intrinſeca interueniſſe præſumit̃, quando ſcripturæ uerba apta ſunt illam cõprehendere.

In ſtipulationibus fideiuſſorum ſciendum eſt hoc generaliter accipi, ut quodcunque ſcriptum ſit quaſi actum, uideatur etiam actum. Ideoq; conſtat ſi quis ſcripſerit ſe fideiußiſſe, uideri omnia ſolenniter acta.

De literarum obligationibus.

TIT. XXII.

A R G V M.

Qui ſe mutuum accepiſſe (numerationis futuræ ſpe) in ſcriptis confeſſus fuerit, ni intra

biennii

bienniſpatium non numeratæ pecuniæ exceptionem obiecerit, poſteà literis effectualiter obligatur.

Olim ſcriptura fiebat obligatio, quæ nominibus fieri dicebatur, quæ nomina hodie non ſunt in uſu. Plane, ſi quis debere ſe ſcripſerit, quod ſibi numeratũ nõ eſt de pecunia minimè numerata, poſt multũ temporis exceptionem opponere non poteſt. hoc enim ſæpiſſimè conſtitutũ eſt: ſic fit, ut & hodie, dum quæri nõ poteſt, ſcriptura obligetur: & ex ea naſcatur conditio, ceſſante ſcilicet uerborum obligatione. Multũ autẽ tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus conſtitutionibus uſque ad quinquennium procedebat: ſed ne creditores diutius poſſint ſuis pecunijs forſitan defraudari, per conſtitutionem noſtram tempus coarctatum eſt, ut ultra biennij metas huiuſmodi exceptio minimè extendatur.* *l. in contractibus C. de nõ nu. pec.

De obligationibus ex conſenſu.

TIT. XXIII.

Adnota, In contractibus, qui conſenſu perficiuntur, ea omnia uenire, quæ ex bono, & æquo præſtari oportet. l. Iulianus §. ex uendito. D. de actio. empti. in ſtipulationibus verò ea ſola quæ ex conuentione partium, expresſim ſtipulationi adiecta ſunt. l. ſi pupilli in fi. & l. ſeq. D. de neg. geſtis.

Conſẽſu fiũt obligationes ĩ emptionibus, uenditionibus, locationibus, cõductionibus, ſocietatibus, mãdatis. Ideo autẽ iſtis modis obligatio dicitur cõſenſu cõtrahi: quia † neque ſcriptura, neq; præſentia omnimodo opus eſt: at nec dari quicquã neceſſe eſt, ut ſubſtãtiam ca-* *l. 2. D. de oblig. & actio. † Verborum neq;

piat obligatio: ſed ſufficit eos, qui negotia gerũt, cõſentire: unde inter abſentes quoq; talia negotia contrahuntur, ueluti per epiſtolam, uel per nuntium. Itẽ in his cõtractibus alter alteri, obligatur in id, quod alterũ alteri ex bono & æquo præſtare oportet: cùm alioquin in uerborum obligationibus alius ſtipuletur, alius promittat.

De emptione, & uenditione.

TIT. XXIIII.

ARGVM.

Emptio & uenditio ſine ſcriptis contracta, ſolo conſenſu perficitur, quamprimum de pretio conuenit, etiamſi nil ſit numeratum, aut arrhæ nomine datum: quæ uerò in ſcriptis conficitur, non aliter perfecta eſt, niſi inſtrumenta emptionis completa, atque in mundum recepta, & partibus prælecta fuerint: quibus nondum abſolutis, impunè contrahentibus ab emptione recedere licet: niſi arrhæ interuenerint: quas perdit emptor, venditor autem duplicatas reſtituit.

EMptio & uenditio cõtrahitur ſimulatq; de pretio cõuenerit, quamuis nõdum pretiũ numeratũ ſit, ac ne arrha quidẽ data fuerit. Nã quod arrhæ nomine datur, argumẽtum eſt emptionis & uenditionis contractæ. Sed † hoc quidem de emptionibus & uenditionibus, quæ ſine ſcriptura conſiſtunt, obtinere oportet: nam nihil à nobis in huiuſmodi emptionibus, & uenditionibus innouatũ eſt. in ijs autẽ, quæ ſcriptura conficiuntur: non aliter perfectam eſſe uenditionem, & emptionem conſtituimus*, niſi & inſtrumenta emptionis fuerint cõſcripta, uel manu propria contrahẽtium, uel ab alio quidẽ ſcripta, à contrahentibus autẽ ſubſcripta: & ſi per tabellionem fiunt, niſi & completiones acceperint, & fuerint partibus abſoluta.

† hæc

* l. contractus. C. de fide inſt.

ta. Donec enim aliquid deeſt ex his, & pœnitentiæ locus eſt, & poteſt emptor uel uenditor ſine pœna recedere ab emptione, & uenditione. Ita tamen impunè eis recedere concedimus, niſi iam arrharum nomine aliquid fuerit datum: hoc enim ſubſequuto: ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis, uenditio celebrata eſt: is, qui recuſat adimplere contractum, ſi quidem eſt emptor, perdit quod dedit. ſi uerò uenditor, duplum reſtituere compellitur, licet ſuper arrhis nihil expreſſum ſit.

ARGVM.

Contractui emptionis certum debet interuenire pretium: pretio autem in arbitrium tertii collato, ſuſpenditur effectus emptionis, ut ſi tertius arbitretur, ualeat, eo non arbitrante non valeat.

Pretium autem conſtitui oportet: nam nulla emptio ſine pretio eſſe poteſt. Sed & certum eſſe pretium debet. alioqui ſi inter aliquos ita conuenerit, ut quanti* Titius *rem æſtimauerit, tanti ſit empta, inter ueteres ſatis abundeque hoc dubitabatur, conſtaretne uenditio, an non, Sed noſtra deciſio * ita hoc cõſtituit, ut quoties ſic compoſita ſit uenditio,* Quanti ille eſtima uerit, *ſub hac conditione ſtaret contractus, ut ſi quidẽ ille, qui nominatus eſt pretium definierit, tunc omnimodo† ſecundum eius æſtimationem & pretiũ reſoluatur, & res tradatur, & uenditio ad effectum perducatur: emptore quidem ex empto actiõe, uenditore ex uendito agente. Sin autem ille, qui nominatus eſt, uel noluerit, uel non potuerit pretium definire, tunc pro nihilo eſſe uenditionem, quaſi nullo pretio ſtatuto. Quod ius cùm in uenditionibus nobis placuerit*

*l. 2. D. e,

*l. ulti. C. cod.

†*omnino*

placuerit, non eſt abſurdum & in locationibus & in conductionibus trahere.

ARGVM.

Venditæ rei pretium in numerata pecunia cõſiſtere debet: non etiam in aliis rebus: alioqui facilè diſcerni non poſſit uter emptor & uẽditor ſit: nec quæ res uendita, quodve pretium: ideo tũc potius permutatio dicetur, quæ ſeparatim ab emptione ſpeciem parit.

Item pretium in numerata pecunia conſiſtere debet. Nam in cæteris rebus an pretium eſſe poſſet, ualde quærebatur: ueluti an homo, aut fundus, aut toga alterius rei pretium eſſe poſſet. Et *Sabinus, &* Caſsius *etiam in alia re putabant pretium poſſe conſiſtere unde illud eſt quod uulgò dicebatur permutatione rerum emptionem & uenditionem contrahi, eamq́; ſpeciem emptionis & uenditionis uetuſtiſsimam eſſe: argumentoq́; utebantur Græco poeta* Homero *, *qui aliquam partem exercitus Achiuorum uinum ſibi comparaſſe ait, permutatis quibuſdam rebus, his uerbis:* *

*Iliad. 7.

*Alci. li. 2. præter miſſ.

Ἔνθεν ἄρ᾽ οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ᾽ αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ᾽ αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ᾽ ἀνδραπόδεσσι.

Diuerſæ ſcholæ authores contrà ſentiebant: aliudq́; eſſe exiſtimabant permutationem rerum, aliud emptionem & uenditionem: alioqui non poſſe rem expediri, permutatis rebus, quæ uideatur res ueniſſe, & quæ pretij nomine data eſſe. nam utranque uideri & ueniſſe, & pretij nomine datam eſſe, rationem non pati. Sed Pro

culi

culi ſententia, dicētis permutationem propriam eſſe ſpeciem contractus à uēditione ſeparatam, meritò præualuit: cum & ipſis alijs Homericis *uerſibus***adiuuabatur, & ualidioribus rationibus argumentabatur: quod & anteriores diui principes admiſerunt, & in noſtris Digeſtis***latius ſignificatur.* *Iliad.5. *l.1.§.1. D. eod.

ARGVM.

Abſoluta uenditione rei, uenditæ commodū, & periculum (licet res nondum tradita ſit) ad emptorem pertinet: modò neque dolus, neque culpa uenditoris interuenerit: aut periculum cuſtodiæ uſque ad traditionem venditor ſuſceperit.

*Quum***autem emptio & uenditio contracta ſit (quod effici diximus ſimulatq; de pretio conuenerit) cùm ſine ſcriptura res agitur: periculum rei uenditæ ſtatim ad emptorem pertinet, tametſi adhuc ea res emptori tradita non ſit. Itaque ſi homo mortuus ſit, uel aliqua parte corporis læſus fuerit, aut ædes totæ uel aliqua ex parte incendio conſumptæ fuerint, aut fundus vi fluminis totus, uel aliqua ex parte ablatus ſit, ſiue etiam inundatione aquæ, aut arboribus turbine deiectis longè minor aut deterior eſſe cœperit: emptoris damnum eſt, cui neceſſe eſt, licet rem non fuerit nactus, pretium ſoluere. Quidquid enim ſine dolo & culpa uenditoris accidit, in eo uenditor ſecurus eſt. Sed & ſi poſt emptionem fundo aliquid per alluuionem acceſſerit: ad emptoris cōmodum pertinet. Nam & commodum eius eſſe debet***, cuius periculum eſt. Quod ſi fugerit homo, qui uenijt, aut ſubreptus fuerit, ita ut neque dolus, neque culpa uenditoris interuenerit,*† *animaduertendū erit, an cuſtodiam eius uſque ad traditionem uenditor ſuſceperit.*

*Vide ti. de pic. & com. rei vend. D. & C.

*l. id qđ. D. de pi. & cō. rei uend.

† *interueniat.*

ſuſceperit. Sanè enim ſi ſuſceperit, ad ipſius periculum is caſus pertinet. ſi non ſuſceperit, ſecurus eſt. Idem & in cæteris animalibus, cæteriſq; rebus intelligimus.

* Adnota, Quoties quis ideo tenetur quia actionem habet, eam cedendo liberatur: alioqui ſecus. Vide gloſ. hic tex. & Docto. in. l. de illo. D. pro ſocio.

Vtique tamen uindicationem rei & condictionē exhibere debebit emptori: quia ſanè qui nondum rem emptori tradidit: adhuc ipſe dominus eſt. Idem etiam eſt de furti & de damni iniuriæ actione. Emptio tam ſub cõditione, quàm purè contrahi poteſt. Sub conditione: ueluti, Si Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot. *Loca ſacra*, uel religioſa, item publica (ueluti forum, baſilicam) fruſtra quis ſciens emit: quæ tamen ſi pro profanis, uel priuatis deceptus à uenditore quis emerit, habebit actionem ex empto, quod non habere ei liceat, ut conſequatur, quod ſua intereſt eum deceptum non eſſe. Idem iuris eſt ſi hominem liberum pro ſeruo emerit.*

*l. liber. & l. quia D. eod.

De locatione, & conductione.

TIT. XXV.

ARGVM.

Sicut emptio, & uenditio ſolo conſenſu ſimul atque de pretio conueni[t], perficitur, ita locatio, & conductio quamprimum merces conſtituta eſt: quæ uſque adeò emptioni ſimilis eſt, ut eiſdem regulis conſtet: idcirco ſi locationi incerta merces interuenerit: à contrahentibus tamen poſtea certificanda, non propriè eſt locatio, ſed innominatus contractus.

*l. 2. D. hoc titu.

LOcatio & cõductio proxima eſt emptioni & uenditioni, iiſdemq; iuris regulis conſiſtit*

ſiſtit.† *Nam ut emptio & uenditio ita contrahitur, ſi de pretio conuenerit: ſic* †*locatio & conductio ita contrahi intelligitur ſi merces conſtituta ſit. & competit locatori quidem locati actio. conductori uerò conducti. Et quæ ſuprà diximus**, *ſi alieno arbitrio pretium permiſſum fuerit, eadem & de locatione, & cõductione dicta eſſe intelligimus, ſi alieno arbitrio merces permiſſa*†*fuerit. Qua de cauſa ſi fulloni polienda curandave, aut ſarcinatori ſarcienda ueſtimenta, quis dederit, nulla ſtatim mercede conſtituta, ſed poſteà tantum daturus quãtum inter eos conuenerit non propriè locatio, & conductio contrahi intelligitur, ſed eo nomine actio præſcriptis uerbis datur.*

† *cõſiſtũt*

† *etiam*

*ti.proxi. §. ſed & certum.

† *promiſſa*

ARGVM.

Locatæ rei merces in numerata pecunia cõſiſtere debet: alioqui ſi in ſpecie conſiſtat non locatio quidem, ſed innominatus contractus eſt, ex quo præſcriptis uerbis actio oritur.

Præterea ſicut uulgò quærebatur, an, permutatis rebus, emptio, & uẽditio contraheretur†, *ita quæri ſolebat de locatione, & conductione, ſi fortè rem aliquam utendam, ſiue fruendam tibi aliquis dederit, & inuicem à te utendum ſiue fruendam aliam rem acceperit. Et placuit non eſſe locationem: & conductionem, ſed proprium genus contractus, ueluti ſi cùm unum bouem quis haberet, & uicinus eius unum, placuerit inter eos, ut per denos dies inuicem boues commodarent, ut opus facerent, & apud alterum alterius bos perierit neque locati neque cõducti, neque commodati competit actio: quia non fuit commodatum gratuitum, uerùm præſcriptis uerbis agendum eſt*

† *contrahitur,*

Argum.

ARGVM.

Emphyteuſeos cõſtitutio (id eſt, cum prædiũ perpetuò fruendum annua penſione conſtituta cuipiam conceditur) neq; uenditio, neque locatio eſt, ſed propriam contractus ſpeciem parit: in qua ſi de rei periculo nihil inter contrahentes actum ſit, totius rei interitus ad dominum, particularis verò ad emphyteutam ſpectat.

*l.2.§.j. D.eod.

*Adeò*autem aliquam familiaritatem inter ſe uidentur habere emptio & uenditio, item locatio & conductio, ut in quibuſdam†cauſis, quæri ſoleat, utrum emptio et uenditio cõtrahatur, an locatio, & conductio. ut ecce de prædijs, quæ perpetuò quibuſdam fruenda traduntur, id eſt, ut quandiu penſio ſiue reditus pro his domino præſtetur, neque ipſi conductori, neque hæredi eius, cuive conductor, hæreſve eius id prædium uendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, aliove quocunque modo alienauerit, auferre liceat. Sed talis cõtractus, quia inter ueteres dubitabatur, & à quibuſdam locatio, à quibuſdam uẽditio exiſtimabatur: lex*Zenoniana lata eſt, quæ emphyteuſeos contractus propriam ſtatuit naturam, neque ad locationẽ, neque ad uenditionem inclinantem, ſed ſuis pactionibus fulciendam: & ſi quidem aliquid pactũ fuerit, hoc ita obtinere, ac ſi naturalis eſſet contractus ſinautem nihil de periculo rei fuerit pactum: tunc ſi quidem totius rei interitus acceſſerit, ad dominum ſuper hoc redundare periculum. ſin autem particularis, ad emphyteuticarium huiuſmodi damnum uenire. quo iure utimur.*

† *caſibus*

*l.1.C. de iur. emp.

ARGVM.

Conuentio vt ex artificis materia opus fiat mercede certa conſtituta, vẽditio eſt: quod ſi ex conductoris materia, locatio eſt.

item

*Item quæritur,*ſi cum aurifice Titius conue nerit, ut is ex auro ſuo certi ponderis certaq́; formæ annulos ei faceret, & acciperet (uerbi gratia) decẽ aureos, utrũ emptio, & uenditio an locatio & conductio contrahi uideatur? Caßius ait materiæ quidem emptionem & uenditionẽ contrahi, operæ autem locationem & conductio nem. Sed placuit tantùm emptionem & uenditionem contrahi. Quod ſi ſuum aurum Titius dederit, mercede pro opera conſtituta, dubium non eſt, quin locatio & conductio ſit.* *d.§.j.

ARGVM.

Quę partium expreſſa conuentione proditſa fuerunt, necnon & quæ ex bono & æquo præſta ri debent (licet de iis conuentum non ſit) hæc in contractu ſeruanda ſunt.

Conductor autem omnia ſecũdum legem conductionis facere debet: & ſi quid in lege prætermiſſum fuerit, id ex bono & æquo præſtare.

Qui pro uſu aut ueſtimentorum, aut argenti, aut iumenti mercedem aut dedit, aut promiſit, ab eo cuſtodia talis deſideratur, qualem diligentißimus paterfamilias, ſuis rebus adhibet. quam ſi præſtiterit, & aliquo caſu fortuito eam rem amiſerit, de reſtituenda ea non tenebitur. Mortuo *conductore intra tempora conductionis, hæres eius eodem iure in conductione ſuccedit.*

De ſocietate.

TIT. XXVI.

ARGVM.

Et omnium bonorum, & certæ negotiationis coiri poteſt ſocietas, in qua quæ circa lucrum aut damnum pacta ſunt ſeruari oportet: quod ſi nihil conuentũ ſit æquas parteis & in lucro, & in damno inuicem referrę decet: in hac ta-

men ſocii paciſci queunt, ut alteri plus lucri, alteri plus damni obueniat: quinimo & quod unus lucri partem ferat, de damno uerò non teneatur.

* Adnota, Id lucrum dici quod omni damno deducto ſupereſt. l. Mutius. D. pro ſocio. gloſ. in uerb. lucrum. in. l. illud. C. de collat.

l. 5. D. p ſocio. † κοινοπραξίαν Th.

SOcietatem coire ſolemus aut totorũ bonorũ, quam Græci ſpecialiter κοινωνίαν † appellãt: aut unius alicuius negotiationis, ueluti mancipiorũ uendendorũ emendorumq;, aut olei, aut uini, aut frumenti emendi uendendiq;. Et quidem ſi nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit, æquales ſcilicet partes & in lucro, & in damno ſpectantur. Quòd ſi expreſſæ fuerint partes, hæ ſeruari debent. Nec enim unquam dubium fuit, quin ualeat conuentio, ſi duo inter ſe pacti ſint, ut ad unum quidem duæ partes & lucri, & damni pertineant, ad alium tertia. De illa ſanè conuentione quæſitũ eſt, ſi Titius & Seius inter ſe pacti ſint ut ad Titiũ lucri duæ partes pertineant, damni tertia ad Seium duæ partes damni lucri tertias an rata debeat haberi conuentio? Quintus Mutius contra naturam ſocietatis talem pactionẽ eſſe exiſtimauit, & ob id non eſſe ratam habendã. Seruius Sulpitius (cuius ſentẽtia præualuit) contrà ſenſit: quia ſæpe quorundam ita pretioſa eſt opera in ſocietate, ut eos iuſtum ſit conditione meliore in ſocietatem admitti. Nã & ita coiri poſſe ſocietatem nõ dubitatur, ut alter pecuniã conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune ſit: quia ſæpe opera alicuius pro pecunia ualet. Et adeò contra Quinti Mutij ſententiam*

ſententiam obtinuit, ut illud quoque conſtiteri poſſe conuenire, ut quis lucri partem ferat, de damno non teneatur: quod & ipſum Seruius con uenienter ſibi fieri exiſtimauit. Quod tamen ita intelligi oportet, ut ſi in alia re lucrum, in alia damnum illatum ſit: compẽſatione facta ſolùm quod ſupereſt, intelligatur lucro† eſſe. †*lucri*

ARGVM.

Pars in lucro adiecta, in damno quoque adiecta videtur, & è diuerſo.

Illud expeditum eſt ſi in una cauſa pars fuerit expreſſa, ueluti in ſolo lucro, uel in ſolo dãno in altera uero omiſſa: in eo quoque, quod prætermiſſum eſt, eandem partem ſeruari.

ARGVM.

Renuntiatione ſoluitur ſocietas: quo fit, ut quæ poſt renuntiationem obuenere, communicanda non ſint: niſi calidè quis ſocietati ideo renuntiarit, vt ſolus expectatum lucrum conſequeretur.

*Manet autem ſocietas eo uſque, donec in eodem conſenſu perſeuerauerint. At*cum aliquis renuntiauerit ſocietati, ſoluitur ſocietas. Sed planè ſi quis callidè in hoc renuntiauerit ſocietati, ut obueniens aliquod lucrum ſolus habeat, ueluti ſi totorum bonorum ſocius, cùm ab aliquo hæres eſſet relictus, in hoc renuntiauerit ſocietati ut hæreditatem ſolus lucrifaceret, cogitur hoc lucrũ communicare. Si quid uerò aliud lucrifaciat, quod non captauerit: ad ipſum ſolum pertinet. Ei uerò, cui renũtiatum eſt, quicquid omnino poſt renuntiatam ſocietatem adquiritur, ſoli conceditur.* * l. actiõe §. dixim* D. eod.

ARGVM.

Adiiciũtur quatuor modi quibus finitur ſocie

tas

tas:ſcilicet,morte ſocii,negotio finito,publicatione & bonorum ceſſione.

*d.l.actione §.morte

Soluitur adhuc ſocietas etiam morte ſocij: quia qui ſocietatem cōtrahit,certam perſonam ſibi elegit ſed & ſi conſenſu plurium ſocietas cōtracta ſit:morte unius ſocij ſoluitur,& ſi plures ſuperſint:niſi in coeunda ſocietate aliter conuenerit. Item ſi alicuius rei contracta ſocietas ſit,& finis negotio impoſitus eſt, finitur ſocietas

*d.l.§.publicatiōe

Publicatione quoque diſtrahi ſocietatem manifeſtum eſt: ſcilicet ſi uniuerſa bona ſocij publicentur.nam cum in eius locū alius ſuccedat,pro mortuo habetur.Itē ſi quis ex ſocijs mole debiti prægrauatus,bonis ſuis ceſſerit,& ideo propter publica, aut priuata debita ſubſtantia eius ueneat:ſoluitur ſocietas:ſed hoc caſu ſi adhuc conſentiant in ſocietatem, noua uidetur incipere ſocietas.

ARGVM.

Socium in communi re tantam adhiberi diligentiam quantam in re propria ſufficit:ideo eo nomine tantum tenetur,ſi quid in cōmunibus

*l. ſocius ſocio. D. eod.

rebu s ſegnius egerit,quàm in ſuis.

Socius ſocio utrum nomine tantùm teneatur pro ſocio actione,ſi quid dolo commiſerit ſicut is,qui deponi apud ſe paſſus eſt,an etiam culpæ,id eſt,deſidiæ atque † negligētiæ nomine quæſitum eſt: præualuit tamen etiam culpæ nomine teneri eum.Culpa autem non ad exactiſſimam diligentiā dirigenda eſt.Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere ſocium, qualem ſuis rebus adhibere ſolet.Nam qui parum diligentem ſocium ſibi admiſit:† de ſe queri,ſibiq; hoc imputare debet.

†aut

†acquirit

De mandato.

TIT. XXVII.

Mandatum

*MAndatũ*contrahitur quinque modis ſiue ſua tantũ gratia aliquis tibi mã det ſiue ſua & tua, ſiue aliena tantùm: ſiue ſua & aliena ſiue tua & aliena. At ſi tua tãtùm gratia tibi mandatũ ſit, ſuperuacuũ eſt mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandati inter uos actio naſcitur.* * l.2.D. hoc titu.

A R G V M.

Eius gratia fieri mandatum dicitur, cuius emolumentum reſpicit.

Mandantis tantùm gratia interuenit mandatum, ueluti ſi quis tibi mandet, ut negotia eius gereres, uel ut fundum ei emeres, uel ut pro eo ſponderes. Tua *gratia & mandantis: ueluti ſi mandet tibi, ut pecuniam ſub uſuris crederes ei, qui in rem ipſius mutuaretur: aut ſi uolente te, agere cum eo ex fideiuſſoria cauſa, mãdet tibi, ut cum eo agas periculo mãdantis: uel ut ipſius periculo ſtipuleris ab eo, quẽ tibi deleget in id, quod tibi debuerat. Aliena autem tãtùm cauſa interuenit mandatum, ueluti ſi tibi aliquis man det, ut* Titij *negotia gereres, uel ut* Titio *fundum emeres, uel ut pro* Titio *ſponderes. Sua & aliena, ueluti ſi de communibus ſuis &* Titij *negotijs gerendis tibi mandet, uel ut ſibi &* Titio *fundum emeres, uel ut pro eo &* Titio *ſponderes. Tua & aliena: ueluti ſi tibi mãdet, ut* Titio *ſub uſuris crederes: quia ſi ſine uſuris pecuniam crederes, aliena tantùm gratia intercedit mandatũ.*

A R G V M.

Mandatum gratia mandatarii tantùm factum potius conſilium quàm mandatum eſt: quã ob rem mandantem non ligat: cùm ex cõſilio etiã pernicioſo nemo obligetur: niſi ut certæ perſonæ mutuetur, mandatum fuerit.

Tua tantùm gratia interuenit mandatum:

ueluti ſi tibi mandet,ut pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colloces, quàm fœneres.uel ex diuerſo,ut pecunias tuas fœneres potius, quàm in emptiones prædiorum colloces. Cuius generis mandatum,magis conſilium,quã mandatum eſt, & ob id non eſt obligatorium: quia nemo ex conſilio mandati obligatur etiam ſi non expediat ei cui mandabatur: cum liberũ cuique ſit apud ſe explorare,an ſibi expediat cõſilium. Itaque *ſi otioſam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis,ut rem aliquam emeres,uel eam crederes:quamuis non expediat eam tibi emiſſe, uel crediſſe, non tamen tibi mandati tenetur.* Et *adeò hæc ita ſunt,ut quæſitum ſit,an mandati teneatur,qui mandauit tibi, ut pecuniam* Titio *fœnerares, ſed obtinuit Sabini ſententia, obligatorium eſſe in hoc caſu mandatum: quia non aliter* Titio *crediſſes, quàm ſi tibi mandatũ eſſet.* Illud* *quoque mandatum non eſt obligatorium,quod contra bonos mores eſt:ueluti ſi* Titius *de furto,aut de damno faciendo, aut de iniuria facienda mandet tibi. licet enim pœnam iſtius facti nomine præſtiteris, non tamen ullam habes aduerſus* Titium *actionem.*

*l. ſi remunerandi. §. rei D. eod.

A R G V M.

Mandati fines excedere nequaquam licet: alioqui excedenti (quatenus exceſſerit) mãdati actio denegatur.

*l. diligẽter. D. e.

Is,qui exequitur mandatum,non debet excedere fines mandati:ut ecce, ſi quis uſque ad centum aureos mandauerit tibi ut fundum emeres, uel ut pro* Titio *ſponderes:neque pluris emere debes, neque in ampliorem pecuniam fideiubere, alioqui non habebis cum eo mandati actionem:*

adeo

adeo quidem, ut Sabino & Caſsio placuerit, etiam ſi uſque ad centum aureos cum eo agere uolueris. inutiliter te acturum. Sed diuerſe ſcholæ authores rectè uſque ad centum aureos te acturum exiſtimant, quæ ſententia ſanè benignior eſt. Quòd ſi minoris emeris, habebis ſcilicet cum eo mandati actionem: quoniam qui mandat, ut ſibi centum aureorum fundus emeretur, is utique mandaſſe intelligitur, ut minoris (ſi poſſit) emeretur.

ARGVM.

Mandatum re integra reuocatum extinguitur: rem autem integram appellamus, ſi quãdo nihil quod ad mandati conſummationem attinet, vel factum uel inchoatum ſit, morte quoq; mandantis re integra contingente, euaneſcit mandatum mandatario tamen mortem aut reuocationem ignoranti ſubuenitur.

Rectè * *quoque mandatum contractum, ſi dum adhuc integra res ſit, reuocatum fuerit, euaneſcit. Item ſi adhuc integro mandato, mors alterutrius interueniat, id eſt, uel eius, qui mandauerit, uel illius, qui mandatum ſuſceperit: ſoluitur mandatum. Sed utilitatis cauſa receptum eſt, ſi eo mortuo, qui tibi mandauerat, tu ignorans eum deceſsiſſe, executus fueris mandatum: poſſe te agere mandati actione alioqui iuſta, & probabilis ignorantia tibi damnum adferet. Et huic ſimile eſt, quod placuit, ſi debitores manumiſſo diſpenſatore* Titij, *per ignorantiam liberto ſoluerint, liberari eos: cùm alioqui ſtricta iuris ratione non poſſent liberari, quia alij ſoluiſſent, quàm cui ſoluere debuerint.*

*l. ſi uerò §. ſi mandauero. D. eod.

ARGVM.

Mandatum ſuſcipere, voluntatis eſt ſuſceptũ uero adimplere, neceſsitatis niſi congruo tẽpo-

re illi renuntietur:quòd ſi aut non renuntietur aut intempeſtiuè renuntiatū ſit, mandati actio aduerſus mandatarium competit:niſi iuſta ratione excuſetur.

*l. ſi mandauero§. ſi.D.eod. *Mandatum* non ſuſcipere, cuilibet liberum eſt, ſuſceptum autem conſummandum eſt, aut quàm primùm renuntiandum, ut per ſemetipſum, aut per alium eādem rem mandator exequatur. Nam niſi ita renuntietur, ut integra cauſa mandatori reſeruetur, eandem rem explicandi nihilominus mandati actio locum habet: niſi iuſta cauſſa interceſſerit, aut non renuntiandi, aut intempeſtiuè renuntiandi. Mandatum, & in diem differri, & ſub cōditione fieri poteſt.*

A R G V M.

Gratuitum debet eſſe mandatum quandoquidem ſi certa merces aut conſtituta, aut promiſſa ſit:in aliam contractus ſpeciem tranſmutatur.

*l.1.§.1. D.eod. †cedere *In ſumma ſciendum eſt,* mādatum, niſi gratuitum ſit, in aliā formam negotij cadere.† Nā mercede conſtituta, incipit locatio & conductio eſſe. Et (ut generaliter dicamus) quibus caſibus ſine mercede ſuſcepto officio, mandati ſiue depoſiti contrahitur negotium iis caſibus interueniente mercede locatio & conductio intelligitur contrahi. Et ideo ſi fulloni polienda curandave quis dederit ueſtimenta, aut ſarcinatori ſarcienda, nulla mercede conſtituta, neque promiſſa: mandati competit actio.*

De obligationibus quæ quaſi ex contractu naſcuntur.

TITVLVS XXVIII.

POſt genera contractuū enumerata, diſpiciamus etiā de iis obligationibus, quæ qui dē nō propriè naſci ex cōtractu intelligun tur

tur: ſed tamen quia non ex maleficio ſubſtantiā capiunt, quaſi ex contractu naſci uidentur.

ARGVM.

Cùm quis abſentis negotia ſine mandato curauit hincinde ex quaſi contractu naſcitur obligatio: ex qua duæ proficiſcūtur actiones: altera negotiorum geſtori aduerſus dominum (ſi quid eius nomine vtiliter impenderit) competit: altera uerò domino contra geſtorem, vt adminiſtrationis rationem reddat: qui quidē ſi minus quàm oportebat, geſſerit, tunc etiam de leuisſima culpa tenetur, cùm alius commodius negotia erat adminiſtraturus.

Igitur cum quis negotia abſentis geſſerit, ultrò citroque inter eos naſcuntur actiones, quæ appellantur negotiorum geſtorum. ſed domino quidem rei geſtæ aduerſus eum, qui geſſit, directa competit actio: negotiorum autem geſtori, contraria, quas ex nullo cōtractu propriè naſci, manifeſtum eſt: quippe ita naſcuntur iſtæ actiones, ſi ſine mandato quiſque alienis negotijs gerendis ſe obtulerit, ex qua cauſa ij, quorum negotia geſta fuerint, etiam ignorantes obligantur. Idque utilitatis cauſa receptum eſt: ne abſentium qui ſubita feſtinatione coacti, nulli demandata negotiorum ſuorum adminiſtratione, peregrè profecti eſſent desererentur negotia: quæ ſanè nemo curaturus eſſet, ſi de eo, quod quis impendiſſet, nullam habiturus eſſet actionem. Sicut autē is, qui utiliter geſſit negotia, dominum habet obligatum negotiorum geſtorum: ita & cōtrà, iſte quoque tenetur, ut adminiſtrationis* reddat rationem. quo caſu ad exactiſſimam quiſque diligentiam compellitur reddere rationem, nec ſufficit talem diligentiam exhibere, qualem ſuis*

*l. ex maleficiis §. 1. D. de obli. & act.

*l. 2. D. de neg. geſ.

† diligentius, cōmodiuſve

rebus adhibere ſolet: ſi modò alius diligentior eo commodius † adminiſtraturus eſſet negotia.

ARGVM.

Et quæ inter tutorem, & pupillum, ex geſtione tutelæ oritur obligatio, ex quaſi contractu naſci dicitur: ex qua tutelæ actio directa, & contraria reſultat: prima pupillo datur, ut tutelæ rationem conſequatur, reliqua tutori, ut quod ei pupilli nomine abeſt, recuperet.

*d.l.§ tutelę.

*Tutores * quoque, qui tutelæ iudicio tenentur, non propriè ex contractu obligati eſſe intelliguntur (nullum enim negotium inter tutorē, & pupillum contrahitur) ſed quia ſanè non ex maleficio tenentur, quaſi ex contractu teneri uidentur.* Hoc autem caſu mutuæ ſunt actiones. *Non tantùm enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem, ſed & contrà tutor cum pupillo habet contrariam tutelæ, ſi uel impenderit aliquid in rem pupilli, uel pro eo fuerit obligatus, aut rem ſuam creditoribus † eius obligauerit.*

† creditori. D. & T.

ARGVM.

Habentes rē aliter, quàm ex contractu ſocietatis, communē: ultrò citroq; ex quaſi contractu obligantur, quæ obligatio actionem familię erciſcundæ, & communi diuidundo producit.

*Vide ti. fam. erci. & cōmu. diuid. D. & C.

*Item ſi inter aliquos * communis res ſit ſine ſocietate: ueluti quòd pariter eis legata, donatave eſſet: & alter eorum alteri ideo teneatur communi diuidundo iudicio, quòd ſolus fructus ex ea re perceperit, aut quòd ſocius eius ſolus in eam rem neceſſarias impenſas fecerit, non intelligitur ex contractu propriè obligatus eſſe, quippe nihil inter ſe contraxerunt, ſed quia ex maleficio non tenetur, quaſi ex contractu teneri uidetur. Idem iuris eſt de eo, qui coheredi familiæ erciſcundæ iudicio ex his cauſis obligatus eſt.*

Argum.

ARGVM.

Aditione hæreditatis quaſi contrahere hęres cum legatariis dicitur.

Hæres * *quoque legatorum nomine non propriè ex contractu obligatus intelligitur* (*neque enim cum hærede , neque cum defuncto ullum negotium legatarius geſsiſſe propriè dici poteſt*) *& tamen quia ex maleficio non eſt obligatus , quaſi ex contractu debere intelligitur.* d.l.ex maleficiis §. hæres.

Item is, * *cui quis per errorem non debitum ſoluit,quaſi ex contractu debere uidetur. Adeo enim,non intelligitur propriè ex contractu obligatus eſſe , ut ſi certiorem rationem ſequamur : magis* (*ut ſupra diximus*)* *ex diſtractu, quàm ex contractu poßit dici obligatus eſſe.* Nam *qui ſoluendi animo pecuniam dat , in hoc dare uidetur,ut diſtrahat potius negotium, quàm contrahat. Sed tamen perinde is, qui accepit, obligatus,ac ſi mutuum ei daretur , & ideo condictione tenetur.* *d.l.§.is. quoque. *§.is quoque. q.b. modis re contrah. oblig.

ARGVM.

Si in eo cauſarum genere,quæ inficiando duplantur indebitum ſolutũ fuerit,repetitio ceſſat,ideo quod ex lege Aquilia , vel legato religionis,& pietatis intuitu venerabilibus rebus facto,ſolutum eſt,non repetitur.

Ex *quibuſdam tamen cauſis repeti non poteſt,quod per errorem non debitum ſolutum ſit. ſic nanque definierunt ueteres , ex quibus cauſis inficiando lis creſcit , ex iis cauſis non debitum ſolutum,repeti non poſſe , ueluti ex lege* Aqui*lia, item ex legato.Quod ueteres quidem in iis legatis locũ habere uoluerunt, quæ certa conſtituta,per damnationem cuiqua legata fuerant. noſtra autem conſtitutio ,* * *cùm unam naturam omnibus legatis,& fideicommißis indul-* l.2.C.cõmunia de leg.

L 3 *ſit,*

ſit, huiuſmodi augmentum in omnibus legatis, & fideicommiſſis extendi uoluit: ſed non omnibus legatarÿs hoc præbuit, ſed tantummodo in ÿs legatis, & fideicommiſſis, quæ ſacroſanctis eccleſiis, & cæteris uenerabilibus locis, quæ religionis, uel pietatis intuitu honorantur, relicta ſunt: quæ ſi indebita ſoluantur, non repetuntur.

Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur.

TIT. XXIX.

*Adnota, Patrem legitimum bonorũ aduentitiorum filii adminiſtratorem eſſe: eique ſoli actiones intentandi ius competere.l.cum oportet.C.de bonis quæ liber & ibi Bart.

Expoſitis generibus obligationũ, quæ ex contractu, uel quaſi ex cõtractu naſcuntur: admonendi ſumus acquiri nobis nõ ſolum per noſmetipſos, ſed per eas quoque perſonas, quæ in noſtra poteſtate ſunt, ueluti per ſeruos, & filios noſtros: ut tamẽ, quod per ſeruos noſtros nobis adquiritur, totum noſtrum fiat: quod autem per liberos, quos in poteſtate habemus, ex obligatione fuerit adquiſitum, hoc diuidatur ſecundum imaginem rerum proprietatis et uſus fructus, quàm noſtra decreuit cõſtitutio: ut quod ab actione commodum perueniat, huius uſumfructum quidem habeat pater; proprietas autem filio ſeruetur, ſcilicet patre actionem mouẽte ſecundum nouellæ noſtræ conſtitutionis diuiſione. Item per liberos homines, & alienos ſeruos, quos bona fide poſſidemus, adquiritur nobis: ſed tantùm ex duabus cauſis, id eſt, ſi quid ex ope-*

*l.ſi.C. d bon. quę liber.

ex operis † ſuis, uel ex re noſtra adquirat. Per eum quoq; ſeruũ, in quo uſumfructum, uel uſum habemus ſimiliter ex duabus iſtis cauſis nobis adquiritur. Communem ſeruum pro dominica parte dominis adquirere certum eſt: excepto eo, quod nominatim uni ſtipulando, aut per traditionem accipiendo, illi ſoli adquirit: ueluti cùm ita ſtipulatur, Titio domino meo dare ſpondes? *Sed ſi domini unius iuſſu ſeruus fuerit ſtipulatus, licet antea dubitabatur: tamen poſt noſtram deciſionem * res expedita eſt, ut illi tantùm adquirat, qui hoc ei facere iuſſit, ut ſuprà dictum eſt.*

† *operibus*

* l. fin. C. per quas perſo.

Quibus modis tollitur obligatio.

TITVL. XXX.

ARGVM.

Eius quod debetur ſolutio, à debitore, vel à quouis ipſius nomine facta, omnem obligationem perimit quo fit ut ſolutione principalis euaneſcat fideiuſſoria obligatio: & uerſa uice idem dicito.

TOllitur autem omnis obligatio ſolutione eius, quod debetur: uel ſi quis, conſentiente creditore, aliud pro alio ſoluerit. Nec† *intereſt, quis ſoluat, utrum ipſe, qui debet, an alius pro eo. liberatur enim & alio ſoluente: ſiue ſciente, ſiue ignorante debitore, uel inuito eo, ſolutio fiat. Item ſi reus ſoluerit, etiam ij, qui pro eo interuenerunt, liberantur. Idem ex contrario contingit, ſi fideiuſſor ſoluerit. non enim ipſe ſolus liberatur, ſed etiam reus.*

† *nec tamen*

ARGVM.

Acceptilatione (ideſt, imaginaria quadam & ficta ſolutione, mutua interrogatione & reſponſione concepta) uerborum obligatio tantùm tollitur: reliquæ verò obligationes ex re cōſenſu,

& alio quouis modo contractæ, non antea ſoluuntur quàm in Aquilianum ſtipulationem, id eſt, verborum obligationem deducantur: vt ſic demum acceptilatione ſopiri queant.

Item per acceptilationem tollitur obligatio. Eſt autẽ acceptilatio, imaginaria ſolutio. Quod enim ex uerborum obligatione Titio debetur, id ſi uelit Titius remittere poterit ſic fieri, ut patiatur hæc uerba debitorem dicere: Quod ego tibi promiſi, habeſne acceptum? *& Titius reſpondeat,* Habeo. *Sed & Græcè poteſt* †acceptũ *acceptilatio † fieri. dummodo ſic fiat, ut Latinis uerbis ſolet exigi,* ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα ἔχω λαβών. *Quo genere (ut diximus) tantùm eæ ſoluuntur obligationes, † quæ ex uerbis* † obligationẽ uerborũ diſſoluit. T. *conſiſtunt, non etiam cæteræ. Conſentaneũ enim uiſum eſt uerbis factam obligationẽ, alijs poſſe uerbis diſſolui. Sed & id, quod alia ex cauſa debetur, poteſt in ſtipulationem deduci, & per acceptilationem diſſolui. Sicut autẽ quod debetur pro parte rectè ſoluitur, ita in parte debiti acceptilatio fieri poteſt. Eſt autem prodita ſtipulatio, quæ uulgò* Aquiliana *appellatur, per quã contingit, ut omnium rerum obligatio in ſtipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat* † nouat *l. & vno D. de accep til. *† omnes obligationes, & à Gallo * Aquilio ita compoſita eſt. Quidquid te mihi ex quacunque cauſa dare facere oportet, oportebit ve, præſens in diem ve, aut ſub conditione, quarumcunque re* † quæq; *rum mihi tecum actio † eſt, quæque aduerſus te petitio, uel aduerſus te perſequutio eſt erit ve: quod ve tu meum habes, tenes, poßides, † dolo ve* †poſſediſti. *malo feciſti, quo minus poßideas: quanti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam*

dari

dari ſtipulatus eſt Aulus Agerius, ſpopondit Numerius Nigidius, † quod Numerius Nigidius Aulo Agerio ſpopondit, id haberetne à ſe acceptum Numerius Nigidius Aulum Agerium rogauit. Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit. †item ex diuerſo quicquid

ARGVM.

Nouatio eſt prioris debiti in aliã obligationem uel ciuilem uel naturalem transfuſio*quo fit,ut anteriori obligatione ſublata,noua cõſtituatur:quæ olim nouæ perſonæ interuentu (ẽt quæ naturaliter tantum obligari poſſet)inducebatur,eadem verò interueniẽte perſona, ita demum nouatio facta erat,ſi quid priori obligationi poſterior adiiceret,uel detraheret, hodie autem nunquam inducta cenſetur nouatio,niſi expreſſim a cõtrahentibus hoc agatur, aliàs anterior firma manet,& poſterior loco incrementi accedit. l.1.D. de nouat.

Prętérea nouatione tollitur obligatio: ueluti ſi id, quod tibi Seius † debebat, à Titio dari ſtipulatus ſis.† Nam interuentu nouæ perſonæ, noua naſcitur obligatio,& prima tollitur,tranſlata in poſteriorem: adeò, ut interdum, licet poſterior ſtipulatio inutilis ſit, tamen prima nouationis iure tollatur: ueluti ſi id, quod tu Titio debes, à pupillo ſine tutoris authoritate ſtipulatus fuerit, quo caſu res amittitur. nam & prior debitor liberatur, & poſterior obligatio nulla eſt. Non idem iuris eſt, ſi à ſeruo quis fuerit ſtipulatus:nam tunc prior perinde obligatus manet, ac ſi poſtea nullus ſtipulatus fuiſſet. Sed ſi eadem perſona ſit, à qua poſtea ſtipuleris, ita demum nouatio fit, ſi quid in poſteriore ſtipulatione noui ſit:fortè ſi cõditio,aut dies,aut fideiuſſor adijciatur,aut detrahatur. Quod autem diximus,ſi conditio adijciatur, nouationem †tu debes Seio †ſit,

fieri, ſic intelligi oportet, ut ita dicamus factam nouationem, ſi conditio extiterit: alioqui ſi deficerit, durat prior obligatio. Sed cùm hoc quidem inter ueteres conſtabat, tunc fieri nouationem, cùm nouandi animo in ſecundam obligationem itum fuerat: per hoc autem dubium erat, quando nouandi animo uideretur hoc fieri, & quaſdam de hoc præſumptiones alij in alijs caſibus introducebant: ideo noſtra proceſſit

l. fin. C. de nouat. *conſtitutio, * quæ apertiſſimè definiuit, tunc ſolùm nouationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipſum inter contrahentes expreſſum fuerit, quod propter nouationem prioris obligationis conuenerunt, alioqui & manere priſtinam obligationem, & ſecundam ei accedere, ut maneat ex utraque cauſa obligatio ſecundum noſtræ conſtitutionis definitionem, quam licet ex ipſius lectione apertius cognoſcere.* Hoc

l. ab emptione D. de pact. *amplius, * eæ obligationes, quæ conſenſu contrahuntur, contraria uoluntate diſſoluuntur.* Nam *ſi Titius, & Seius inter ſe conſenſerint, ut fundum Tuſculanum emptum Seius haberet centum aureis: deinde re nondum ſequuta, id eſt,*

† nondum *neque † pretio ſoluto, neque fundo tradito, placuerit inter eos, ut diſcederetur, ab ea emptione, & uenditione inuicem liberantur. Idem eſt in conductione, & locatione, & in omnibus contractibus, qui ex conſenſu deſcendunt, ſicut iam dictum eſt.*

TERTII LIBRI FINIS.

INSTITVTIONVM, SEV ELEMENTORVM D. IVSTINIANI *Sacratiſsimi Principis*.

LIBER IIII.

De obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur.

TITVLVS I.

ARGVM.

Furtum latius, clariusq́; ſic definitur: furtum eſt contrectatio rei alienæ, inuito domino, fraudoloſa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, vel poſſesſionis.

QVVM *ſit expoſitum ſuperiore libro de obligationibus ex contractu, et quaſi ex contractu: ſequitur: ut de obligationibus ex maleficio, & quaſi ex maleficio diſpiciamus. Sed illæ quidem (ut ſuo loco tradidimus) in quatuor genera diuiduntur. hæ uerò unius generis ſunt. nam omnes ex re naſcuntur, id eſt, ex ipſo maleficio, ueluti ex furto, rapina, damno, iniuria. Furtum eſt* contrectatio fraudoloſa, lucri faciendi gratia, uel ipſius rei, uel etiā uſus eius, poſſeßioniſve, quod lege naturali prohibitū eſt admittere. Furtū* aūt* *l. 1. §. fi. D. de fur. * Aug. li. 4. cap. 4.

uel à furuo, id eſt, nigro dictum eſt, quòd clam & obſcurè fiat, & plerunque nocte: uel à fraude, uel à ferendo, id eſt, auferendo: uel a Græco ſermone, quod φῶρας appellant fures. imò & Græci à ferendo † φῶρας dixerunt.

† ἀπὸ τοῦ φέρειν

† &

ARGVM.

Qui cum re furtiua antequàm eò peruenerit quò furtum perferre deſtinarat, vbiuis locorũ depræhenſis fuit, fur eſt manifeſtus, qui ſi locũ deſtinatum iam aduentarit, etiam ſi demum cũ re deprehendatur, non manifeſtus dicitur.

*l.2.D.e. *Furtorum * autem duo ſunt genera, manifeſtum, & nec manifeſtum. Nam conceptum et oblatum, ſpecie potius actionis ſunt furto cohærentes, quàm genera furtorum, ſicut inferius apparebit. Manifeſtus * fur eſt, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ appellãt: nec ſolũ is, qui in ipſo furto deprehenditur, ſed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo furtum fit: ueluti qui in domo furtum fecit, & nondum egreſſus ianuam deprehenſus fuerit: & qui in olineto, oliuarum: aut in uineto, uuarum furtum fecit, quandiu in eo olineto aut uineto deprehenſus fuerit. Imò ulterius furtum manifeſtum eſt extendendum, quandiu eam rem fur tenens uiſus, uel deprehenſus fuerit: ſiue* in publico, ſiue in priuata, uel à domino, uel ab alio, antequàm eò peruenerit, quò deferre†, uel deponere deſtinaſſet. ſed ſi pertulit, quò deſtinauit, tametſi deprehendatur cum re furtiua, non eſt manifeſtus fur. Nec* manifeſtum furtum quid ſit, ex ijs, quæ diximus, intelligitur. nam quod manifeſtum non eſt, id ſcilicet nec manifeſtum eſt.*

*l.3.&ſe. D. eod.

*l.5.D.e.

† perferre,

*l.8.D.e.

ARGVM.

Varia furtorum genera, ex quibus quoq; uariæ actionum ſpecies prodibant, hodie in deſue

tudinem

tudinem abierunt: Qui ſciens prudensq́; rei fur tiuæ & receptator & occultator eſt, furti non manifeſti obnoxius ſit.

*Conceptum**furtum dicitur, cùm apud aliquem teſtibus præſentibus furtiua res quæſita & inuenta ſit. nam in eum propria actio conſtituta eſt, quamuis fur non ſit, quæ appellatur concepti. Oblatum furtum dicitur, cùm res furtiua ab aliquo tibi oblata ſit, eaq́; apud te concepta ſit: utique ſi ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius, quàm apud eum, qui dedit, conciperetur. nam tibi, apud quem concepta ſit, propria aduerſus eũ, qui obtulit, quamuis fur non ſit, conſtituta eſt actio, quæ appellatur oblati. Eſt etiam prohibiti furti actio aduerſus eum, qui furtum quærere teſtibus præſentibus uolentem prohibuerit. Præterea pœna conſtituitur edicto prætoris per actionem furti non exhibiti aduerſus eum, qui furtiuam rem apud ſe quæſitam & inuentam non exhibuit. Sed hæ actiones, ſcilicet concepti & oblati, & furti prohibiti, necnon furti non exhibiti, in deſuetudinem abierunt. Quum enim requiſitio rei furtiuæ hodie ſecundùm ueterem obſeruationem non fiat, meritò ex conſequentia etiã præfatæ actiones ab uſu communi receſſerunt: quum manifeſtum ſit, quod omnes, qui ſcientes rem furtiuam ſuſceperint & celauerint, furti nec manifeſti obnoxij ſunt. Pœna manifeſti furti quadrupli eſt, tam ex ſerui, quam ex liberi perſona: nec manifeſti dupli.*

* Vide. l. Pau. li. 3. Recep. ſen. titu. 32. & ibi P. Pratecium.

ARGVM.

Quænis indebita alienæ rei contrectatio, inuito domino facta, furti alligat contrectantem: quapropter, qui re aliena abutitur, furtum committit.

Furtum

*Furtum autem fit, non ſolum cùm quis intercipiendi cauſa rem alienam amouet, ſed generaliter cùm quis alienam rem, inuito domino contrectat. Itaque ſiue creditor pignore: ſiue is, apud quem res depoſita eſt, ea re utatur: ſiue is, qui rem utendam accepit, in alium uſum eam tranferat, quàm cuius gratia ei data eſt, furtum committit: ueluti ſi quis argentum utendum acceperit, quaſi amicos ad cœnam inuitaturus, & id peregrè ſecum tulerit: aut ſi quis equum geſtandi cauſa commodatum ſibi, longius aliquo duxerit: quod ueteres*ſcripſerũt de eo, qui in aciem equum perduxiſſet.*

*Gellius li.2.c.15.

Placuit tamen eos qui rebus commodatis aliter uterentur, quàm utendas acceperint, ita furtum committere ſi ſe intelligant, id inuito domino facere: eumq; ſi intellexiſſet non permiſſurum. at ſi permiſſurum credant, extra crimen uideri, optima ſanè diſtinctione quia furtum ſine affectu furandi non committatur.

*Ex legi. Dracõis Prate. li. 1. vet. Iuriſp.

ARGVM.

Qui etiam inuito domino contrectare falsò credit, ſi id volẽte domino faciat, furti reus nõ eſt: excipe alieni ſerui improbum ſolicitatorẽ: quippe qui etiam ſi domini applauſu, eius rem aſſequutus fuerit furti obnoxius eſt: nihilominus ſerui corrupti iudicium ſubiturus.

*Sed & *ſi credat aliquis inuito domino ſe rẽ commodatam ſibi contrectare, domino autem uolente id fiat: dicitur furtum non fieri. Vnde illud quæſitum eſt cum Titius ſeruum Mæuij ſolicitauerit, & quaſdã res domino ſubriperet, & ad eum perferret, & ſeruus id ad Mæuium pertulerit: Mæuius autem, dum uult Titium in ipſo delicto deprehendere, permiſerit ſeruo quaſdam*

*l. ĩter. §. rectè. D.

dam res ad eum perferre: utrum furti, an ſerui corrupti iudicio teneatur Titius, *an neutro?* Et *cùm nobis ſuper hac dubitatione ſuggeſtum eſt, & antiquorum prudentium ſuper hoc altercationes proſpeximus, quibuſdam, neque furti, neque ſerui corrupti actionem præſtantibus, quibuſdam furti tantummodò: nos huiuſmodi calliditati obuiam euntes, per noſtram deciſionem ſancimus**, *non ſolùm furti actionem, ſed & ſerui corrupti contra eum dari: licet enim is ſeruus deterior à ſolicitatore minimè factus eſt, & ideo non concurrant regulæ, quæ ſerui corrupti actionem introducunt: tamen conſilium corruptoris ad perniciem probitatis ſerui introductū eſt, ut ſit ei pœnalis actio impoſita, tanquam ſi re ipſa fuiſſet ſeruus corruptus: ne ex huiuſmodi impunitate & in alium ſeruum: qui facile poſſet corrumpi, tale facinus à quibuſdam perpetretur.* Interdum etiam *liberorum hominum furtum fit: ueluti ſi quis liberorum noſtrorum, qui in poteſtate noſtra ſunt, ſubreptus fuerit.* Aliquando *autem etiam ſuæ rei furtum quis*† *committit: ueluti ſi debitor rem, quàm creditori pignoris cauſa dedit, ſubtraxerit.*

*l. ſi quis C. eod.

†*quiſque*

ARGVM.

Furti quoque actione tenetur non modò qui furatur, verùm etiam qui opem & conſilium ad id patrandum præſtat: eademq; pœna qua fur condemnandus eſt: qui ſi conſilium tantùm dederit, non tenetur.

I*nterdum quoque furti tenetur, qui ipſe furtum non fecit:***qualis eſt is, cuius ope, & conſilio furtum factum eſt. In quo numero eſt, qui tibi numos excuſſit, ut alius eos raperet, aut tibi obſtiterit, ut alius rem tuam exciperet: aut*

*Vide.l.ī furti. D. eod.

ou es

oues tuas, uel boues fugauerit, ut alius eas acciperet†. *Et hoc ueteres** *ſcripſerũt de eo, qui panno rubro fugauit armentum. Sed ſi quid eorum per laſciuiam, & non data opera, ut furtum admitteretur, factum eſt: in factum actio dari debet.* At *ubi ope* Mæuij *Titius furtum fecerit: ambo furti tenentur. Ope & conſilio eius quoque furtũ admitti uidetur, qui ſcalas fortè feneſtris ſupponit, aut ipſas feneſtras uel oſtium effringit, ut alius furtum faceret: quive ferramenta ad effringẽdum, aut ſcalas, ut feneſtris ſupponerentur, commodauerit, ſciens cuius rei gratia commodauerit. Certè qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, ſed tantùm conſilium dedit, atque hortatus eſt ad furtum faciendum, non tenetur furti.*

†excipe-ret

*d.l.ĩ furti.§.fi.

ARGVM.

Si quid filius patri furto ſubripiat, furtum facit, idq; furtiuum efficitur: & ea propter inuſucapibile: filius tamen furti conueniri minimè poteſt: opem autem & conſilium illi præſtans, poteſt.

*l.17. cod. *Hi**, *qui in parentum uel dominorum poteſtate ſunt, ſi rem eis ſubripiunt, furtum quidem faciunt, & res in furtiuam cauſam cadit (nec ob id ab ullo uſucapi poteſt, antequàm in domini poteſtatem reuertatur) ſed furti actio non naſcitur: quia nec ex alia ulla cauſa poteſt inter eos actio naſci. Si uerò ope & conſilio alterius furtum factum fuerit: quia utique furtum committitur, cõuenienter ille furti tenetur: quia uerum eſt, ope & conſilio eius furtum factum eſſe. Furti** *autem actio ei competit, cuius intereſt rem ſaluam eſſe, licet dominus non ſit. Itaque nec domino aliter cõpetit, quàm ſi eius interſit*

*l.is cui9 D. cod.

intersit rem non perire. Vnde conſtat creditorem de pignore ſubrepto furti actione agere poſſe, etiam ſi idoneum debitorem habeat: quia expedit ei pignori potius incumbere, quàm in perſonam agere: adeò quidem, ut quamuis ipſe debitor eam rem ſubripuerit, nihilominus creditori competat actio furti.

A R G V M.

Qui alienæ rei cuſtodiendæ exactam curam præſtare tenetur (utputa fullo & ſarcinator) re-furto ſublata cōtra furem experiri poſſunt: modò integrè ſoluendo exiſtant.

Item *ſi fullo pollienda curādaye, aut ſarcinator ſarcienda ueſtimenta mercede certa conſtituta acceperit, eaq́; furto amiſerit: ipſe furti habet actionem, non dominus: quia domini nihil intereſt eam rem non perire, quum iudicio locati à fullone, aut ſarcinatore rem ſuam perſequi poßit. Sèd & bonæ fidei emptori ſubrepta re, quam emerit, quamuis dominus non ſit, omnino*†*cōpetit furti actio, quemadmodum & creditori. Fulloni uerò, & ſarcinatori nō aliter furti actionem competere placuit, quàm ſi ſoluendo fuerint*†*: hoc eſt ſi domino rei æſtimationem ſoluere poßint. Nam ſi ſoluendo non ſint: tunc quia ab eis ſuum dominus cōſequi non poſſit, ipſi domino furti competit actio: quia hoc caſu ipſius intereſt rem ſaluam eſſe. Idem eſt, & ſi in parte ſoluendo fuerit fullo aut ſarcinator.*

*l. itaque D. eod.

† *omnimodo*

† *ſint*

A R G V M.

Qui è duabus experiundi uiis alterutrā elegerit, ita demum alteri renūtiaſſe uidetur, ſi ſciēs prudensq́; plures ſibi competere, alteram intētarit: quod ſi aut neſcius, aut dubitans egerit, nihil prohibet, quin iam inſtituta actione omiſſa, ſibi competentem proponat.

Quæ de fullone, & ſarcinatore diximus, eadem, & ad eum, cui commodata res eſt, transferenda ueteres exiſtimabant. Nam ut ille fullo mercedem accipiendo, cuſtodiam præſtat: ita is quoque, qui commodatum utendi † cauſa accepit, ſimiliter neceſſe habet cuſtodiam præſtare Sed noſtra prouidentia etiam hoc in noſtris deciſionibus emendauit, ut in domini uoluntate ſit: ſiue commodati actionem aduerſus eum, qui rem cõmodatam accepit mouere deſiderat: ſiue furti aduerſus eum, qui rem ſurripuit: & alterutra earum electa, dominum non poſſe ex pœnitentia ad alteram uenire actionem. ſed ſiquidem furem elegerit: illum, qui rem utendam accepit, pœnitus liberari. ſin autem commodator ueniat aduerſus eum, qui rem utendam accepit: ipſi quidem nullo modo competere poſſe aduerſus furem furti actionem. eum autem, qui pro re commodata conuenitur, poſſe aduerſus furem furti habere actionem, ita tamen ſi dominus ſciens rem eſſe ſubreptam aduerſus eum, cui res commodata fuerit, peruenit: ſin autem neſcius & dubitans rem eſſe ſurreptam, † apud eum commodati actionem inſtituerit: poſteà autem, re comperta, uoluerit remittere quidem commodati actionem ad furti autem actionem peruenire: tunc licentia ei conceditur & aduerſum furem, uenire obſtaculo nullo ei opponendo, quoniam incertus conſtitutus mouit aduerſus eum, qui rem utendam accepit commodati actionem: niſi domino ab eo ſatisfactum fuerit. tunc etenim omnino † furem à domino quidem furti actione liberari: ſuppoſitũ autem eſſe ei, qui pro re ſibi commodata domino ſatisfecit: quum manifeſtiſſimũ ſit, etiam ſi ab initio dominus actio

nem

† utẽdum

† non eſſe

† omnimodo

*nem commodati inſtituerit, ignarus rem eſſe ſubreptam poſteà autem hoc ei cognito, aduerſus furem tranſierit, omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit quemcunque cauſæ exitum dominus aduerſus furem habuerit: eadem definitione obtinente ſiue in parte ſiue inſolidum ſoluendo ſit is, qui rem commodatam acceperit. Sed is,*apud quem res depoſita eſt, cuſtodiam non præſtat: ſed tantùm in eo obnoxiùs eſt, ſi quid ipſe dolo malo fecerit. quæ de cauſa ſi res ei ſubrepta fuerit (quia reſtituendæ eius rei nomine depoſiti non tenetur, nec ob id eius intereſt rem ſaluam eſſe) furti agere non poteſt: ſed furti actio domino competit.* * l. eum, q̃. §. is au tē. D. eo.

ARGVM.

Quum ex furandi doloſo animo furtum cõſiſtat, is tantum furti tenetur, qui doli capax eſt. *l. impuberē D. e.

*In ſumma,*ſciendum eſt, quæſitum eſſe, an impubes rem alienam amouẽdo furtum faciat? Et placuit, quia furtum ex affectu furandi conſiſtit, ita demum obligari eo crimine impuberem, ſi proximus† pubertati ſit, & ob id intelligat ſe delinquere.* †*doli capax*

ARGVM.

Duplum aut quadruplum quod in furti actionem venit: ad pœnæ perſecutionem tantùm pertinet, cùm prętereà res ipſa furto ſubtracta, aut à quocunque poſſeſſore per rei vindicationem, aut ab ipſo fure eiuſq; hærede per condictiõnẽ furtiuam extorqueri queat.

Furti actio, ſiue dupli, ſiue quadrupli, tantùm ad pœnæ perſecutionẽ pertinet. Nam ipſius rei perſecutionem extrinſecus habet dominus, quam aut uindicando, aut condicendo poteſt auferre. Sed rei uindicatio quidem aduerſus poſſeſſorem eſt, ſiue fur ipſe poſſidet ſiue alius quilibet.

bet. condictio autem aduerſus furem ipſum hæredemve eius, licet non poßideat, competit.

De ui bonorum raptorum.

TIT. II.

ARGVM.

Quiſquis res alienas rapit, non tantum furti obnoxius eſt, ſed etiam ui bonorum raptorum actione conueniri poteſt: quę intra annum à cõmiſſa rapina in quadruplum, poſt uerò in ſimplum datur: ita quòd in quadruplo etiã rei perſecutio contineatur: eius enim triplum in pœnam, ſimplum verò in rem computatur.

*l. j. D. vi bo. rap.

QVi* vi res alienas rapit, tenetur quidẽ etiã furti (quis enim magis alienam rẽ inuito domino cõtrectat, quàm qui vi rapit? ideoq; rectè dictum eſt eũ improbũ furem eſſe) ſed tamen propriam actionem eius delicti nomine Prætor introducit, quæ appellatur vi bonorum raptorum: & eſt intra annum quadrupli, poſt annum, ſimpli: quæ actio utilis eſt, etiam ſi quis unam rem, licet minimã, rapuerit. Quadruplum autem non totum pœna† eſt, ſicut in actione furti manifeſti diximus: ſed in quadruplo ineſt & rei perſecutio: ut pœna tripli ſit, ſiue comprehendatur raptor in ipſo delicto, ſiue non. Ridiculum enim eſſet, lenioris conditionis eſſe eum qui vi rapit, quàm qui clam amouet.

† & extra pœnã rei perſecutio.

VRGVM.

Si quis rem ſuam, aut quã ſuam opinabatur, penes alium conſtitutam, uiolenter aut rapuerit, aut inuaſerit, is ſi dominus ſit, à dominio cadet: ſi non ſit, poſt rei reſtitutionem, eiuſdem quoq; æſtimationẽ uim paſſo præſtare cogitur.

Ita tamen† competit hæc actio, ſi dolo malo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus, rem ſuam eſſe exiſtimans, & imprudens iuris, eo animo rapuerit: quaſi domino liceat etiã per

† quia tamen ita

vim

uim rem ſuam auferre à poſſeſſoribus abſolui, debet. Cui ſcilicet cõueniens eſt, nec furti teneri eum, qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum talia excogitantur, inueniatur uia, per quam raptores impune ſuam exerceãt auaritiam: melius diualibus conſtitutionibus pro hac parte proſpectũ eſt: ut nemini liceat ui rapere uel rem mobilem, uel ſe mouentem, licet ſuam eandem rem exiſtimet. ſed ſi quis contra ſtatuta principum fecerit: rei quidem ſuæ dominio cadere ſin autem aliena res ſit: poſt reſtitutionẽ eius etiam æſtimationem eiuſdem ei præſtare. Quòd non ſolùm in mobilibus rebus, quæ rapi poſſunt, conſtitutiones obtinere cenſuerunt: ſed etiam in inuaſionibus, quæ circa res ſoli fiunt, ut ex hac cauſa ab omni rapina homines abſtineant.* *l. ſi quis in tantã. C. unde vi.

A R G V M.

Is cuius intereſt rapinã factã non fuiſſe, quãquam dominus non ſit, ui bonorum raptorum actionem mouere poteſt vt id ſcilicet cõſequatur, quod ſibi abeſſe docuerit.

Sanè in hac actione non utique expectatur, †rem in bonis actoris eſſe. nam ſiue in bonis ſit, ſiue non: ſi tamen ex bonis ſit, locum hac actio habebit. Quare ſiue locata, ſiue commodata, ſiue etiam pignorata, ſiue depoſita ſit res apud Titium, ſic ut interſit eius eam rem per uim nõ auferri (ueluti ſi in depoſita re culpam quoque promiſit) ſiue bona fide poſſideat, ſiue uſumfructum quis habeat in ea, uel quid aliud iuris, ut interſit eius non rapi: dicendum eſt ei competere hanc actionem, non ut dominium accipiat, ſed illud ſolum, quod ex bonis eius qui rapinam paſſus eſt, id eſt, quod ex ſubſtantia eius ablatum eſſe proponatur. Et generaliter dicendum eſt, ex* *l. 2. § . in hac. D. e.

quibus

quibus cauſis furti actio cōpetit ī re clàm facta †ex eiſdem cauſis omnes habere hāc actionem .

† rapta

De lege Aquilia,

TIT. III.

A R G V M.

Primo legis Aquiliæ capite cautum eſt, ut qui alienum ſeruum aut quadrupedem (quæ eorum numero eſt, quæ gregatim paſci conſueuerunt) iniuria occiderit, quanti ea res eo anno retrorſum plurimi fuerit, tantum domino præſtare cogitur.

*l.2.D.e.

Damni iniuriæ actio conſtituitur per legē Aquiliā: cuius primo capite cautū eſt, ut ſi quis alienū hominē, alienamve quadrupedem, † quæ pecudum numero ſit, iniuria occiderit, quanti ea res † in eo anno plurimi fuerit, tantùm † domino dare damnetur. Quod autem non præciſè de quadrupede, ſed de ea tantùm, quæ pecudum numero eſt: cauetur, eò pertinet, ut neque de feris beſtijs, neque de canibus *cautum eſſe intelligamus: ſed de ijs tantum quæ gregatim propriè paſci dicūtur quales ſunt equi, muli, aſini, oues, boues, capræ. De ſuibus quoque idem placuit. Nam & ſues pecudum appellatione continentur: quia & hi gregatim paſcuntur. Sic denique & Homerus in Odyſſea *ait (ſicut Aelius Marcianus in ſuis Inſtitutionibus refert)*

†uel pecudem

† it in

† ās dare

*vide ve. iuriſpru. Prate.ad l.Solo.

*lib.13.

Δήεις τόνγε σύεσσι παρήμενον, οἱ δὲ νέμονται.
Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπὶ τεκρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

A R G V M.

Qui caſu occidit. l. Aquilia nō obligatur: qui autem dolo aut culpa, obligatur.

* l.1.§.1. D. eod.

Iniuria autē occidere intelligitur, qui nullo iure*

iure occidit. Itaque qui latronem inſidiatorem occiderit, non tenetur, utique ſi aliter periculũ effugere non poteſt. Ac nec is quidem hac lege tenetur, qui caſu occidit: ſi modò culpa eius nulla inueniatur. nã alioqui non minus ex dolo quàm ex culpa quiſque hac lege tenetur. Itaque ſi quis dum iaculis ludit, uel exercitatur, tranſeuntem ſeruum tuum traiecerit, diſtinguitur. Nam ſi id à milite in eo campo, ubi ſolitum eſt exercitari, admiſſum eſt: nulla culpa eius intelligitur, ſi alius tale quid admiſerit: culpæ reus eſt. Idem iuris eſt de milite, ſi in alio loco, quàm qui ad exercitandum † militibus deſtinatus eſt, id admiſerit. Item ſi putator ex arbore deiecto ramo ſeruum tuum tranſeuntem occiderit: ſi prope uiam publicam, aut uicinalem id factum eſt, neque proclamauit, ut caſus euitari poßet: culpæ reus eſt: ſed ſi proclamauit, † nec ille curauit præcauere: † extra culpam eſt putator. Aequè extra culpam eſſe intelligitur, ſi ſeorſum à uia fortè, uel in medio fundo cædebat, licet non proclamauit: quia in eo loco nulli extraneo ius fuerat uerſandi.*

† *exercitandis*

*l. ſi putator. D. e.

† *præclamauit*

† *cauere*

ARGVM.

Imperitia culpæ adſcribenda eſt: quo fit, vt qui onus peritiæ & uiribus impar ſubierit, ſi ob eius imperitiam uel imbecillitatem quid damni datum ſit, culpæ reus dicatur.

Præterea ſi medicus, qui ſeruũ tuum ſecuit, dereliquerit curationem eius, & ob id mortuus fuerit, ſeruus, culpæ reus erit. Imperitia quoque culpæ adnumeratur: uelvti ſi medicus ideò ſeruum tuum occiderit, quia male eũ ſecuerit, aut perperàm ei medicamentum dederit. Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperi-*

*l. qua actione. §. fi. D. e. & l. ſeq.

tiam

tiam retinere non potuit, ſi ſeruus tuus oppreſſus fuerit, culpæ reus eſt mulio. Sed & ſi propter infirmitatem eas retinere nō potuerit, cū alius firmior eas retinere potuiſſet: æquè culpa tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque, qui cum equo ueheretur, impetum eius aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam ſuam retinere non potuerit.

ARGVM.

Pœnales actiones in delinquentis hæredes non dantur.

*l. ait lex. D. eod. †is homo

His autē uerbis legis, *Quāti id† eo in anno plurimi fuerit. *illa ſententia exprimitur: ut ſi quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luſcus erit, occiderit, qui in eo anno integer, aut pretioſus fuerit, nō tanti teneatur, quanti hodie erit, ſed quāti in eo anno plurimi fuerit. qua*ratione creditum eſt pœnalem eſſe huius legis actionem: quia nō ſolùm tanti quiſq; obligatur, quantum damni dederit, ſed aliquando longè pluris. Ideoq; conſtat in hæredem eam actionem non tranſire, quæ tranſitura fuiſſet, ultra damnum nunquam lis æſtimaretur.*

*l. inde. D. eod.

ARGVM.

In lege Aquilia non modò illud damnum perempti corporis æſtimatur: ſed eo amplius quicquid perempto eo corpore damni patimur, ſiue in admittendo, ſiue in non acquirendo conſiſtat.

*d. l. ait lex.

*Illud nō*ex uerbis legis, ſed ex interpretatione placuit, non ſolum perempti corporis æſtimationem habendam eſſe, ſecundum ea, quæ diximus: ſed eò amplius, quicquid præterea perēpto eo corpore damni nobis illatum fuerit: ueluti ſi ſeruum tuum hæredem ab aliquo inſtitutum, antè quis occiderit, quàm is iuſſu tuo hæreditatē adierit*

adierit. nam hæreditatis quoque amiſſæ ratione͂ eſſe habendam conſtat. Item ſi ex pari mularũ unam, uel ex quadrigis† equorum unum quis occiderit, uel ex comœdis unus ſeruus occiſus fuerit. non ſolùm occiſi fit æſtimatio, ſed eò amplius id quoque computatur, quanti depretiati ſunt qui ſuperſunt. Liberum autem eſt ei, cuius ſeruus occiſus fuerit & ex iudicio priuato legis Aquiliæ, damnum perſequi, & capitalis criminis eum reum facere. Caput ſecundum legis Aquiliæ in uſu non eſt. † *quadriga*

A R G V M.

Reliqua quæ(præter mortem ſerui aut quadrupedis, quæ pecudum numero eſt) rebus noſtris animatis vel anima carentibus, damna illata ſunt, capite I. Aquiliæ tertio uindicantur: quapropter quiſquis alteri utendo, frangendo, depaſcendo, ſecando, rumpe͂do, & id genus modis damnum fecerit, quanti ea res in diebus triginta retro proximis plurimi fuerit, domino dare damnabitur.

** Capite tertio de omni cætero damno cauetur. Itaque ſi quis ſeruum, uel eam quadrupedem, quæ pecudum numero eſt, uulnerauerit: ſiue eam quadrupedem, quæ pecudum numero no͂ eſt, ueluti canem, aut feram beſtiam uulnerauerit, aut occiderit: hoc capite actio conſtituitur. In cæteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus, quæ anima carent, damnum per iniuriam datum, hac parte uindicatur. Si quid enim uſtum, aut ruptum, aut fractũ fuerit: actio ex hoc capite conſtituitur: quanquam poterat ſola rupti appellatio in omnes iſtas cauſas ſufficere. Ruptum enim intelligitur, quod quoquomodo corruptum eſt. Vnde non ſolùm fracta, aut uſta ſed etiam ſciſſa, & † colliſa, & effuſa, & quoquo* *l. ſi ſeruus. §. 4. D. eod. † *aut fracta*

modo perempta, atque deteriora facta, hoc uerbo continentur. Denique reſponſum eſt, ſi quis in alienum uinum aut oleum id miſcuerit,† quo naturalis bonitas uini, aut olei corrumperetur, ex hac parte legis Aquiliæ eum teneri. Illud palàm eſt, ſicut ex primo capite, ita demum quiſque tenetur, ſi dolo aut culpa eius homo aut quadrupes occiſus occiſave fuerit: ita ex hoc capite, de dolo aut culpa, & de cætero damno quenque teneri. ex hoc tamen capite nõ quanti in eo anno, ſed quãti in diebus triginta proximis† res fuerit obligatur is, qui damnũ dederit. At nec Plurimi quidẽ uerbum adijcitur. Sed Sabino rectè placuit, perinde habendam æſtimationem, ac ſi etiam hac parte, Plurimi, uerbum adiectum fuiſſet. nam plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno interrogante hanc legem tulit, contentam fuiſſe, quòd prima parte eo uerbo uſa eſſet.†

† immiſcuerit.

† retro

† eſt

ARGVM.

Directi legis Aquiliæ actio competit, ſi corpori à corpore damnum illatũ ſit: quòd ſi à non corpore corpori vtilis dabitur: ſin autem neq; à corpore datum ſit, neq; corpus læſum, in factum actioni locus eſt.

Cæterùm placuit, ita demum directã ex hac lege actionem eſſe, ſi quis præcipuè corpore ſuo damnum dederit. Ideoque in eum, qui alio modo damnum dederit, utiles actiones dari ſolent, ueluti ſi quis hominem alienũ, aut pecus ita incluſerit, ut fame necaretur: aut iumentum ita uehementer egerit, ut rumperetur: aut pecus in tantum exagitauerit, ut præcipitaretur. aut ſi quis alieno ſeruo perſuaſerit, ut in arborem aſcenderet, uel in puteum deſcenderet, & is aſcendẽdo, uel deſcendendo aut mortuus, aut aliqua parte

corporis

corporis læſus fuerit:utilis actio in eum datur.† Sed ſi quis alienum ſeruum, aut de ponte, aut de ripa in flumẽ deiecerit, & is ſuffocatus fuerit: eo, quòd proiecit, corpore ſuo damnum dediſſe, non difficulter intelligi poteſt† ideoque ipſa lege Aquilia tenetur. Sed ſi non corpore damnũ fuerit datum, neque corpus læſum fuerit, ſed alio modo alicui damnum contigerit, quum non ſufficiat, neque directa, neque utilis legis Aquiliæ actio: placuit eum qui obnoxius fuerit in factum actione teneri: ueluti ſi quis miſericordia ductus, alienum ſeruum compeditum ſoluerit, ut fugeret.

† accommodatur

† poterit

De iniurijs.

TIT. IIII.

GEneraliter* *iniuria dicitur omne, quod nõ iure fit. ſpecialiter, aliàs cõtumelia, quæ à contemnẽdo dicta eſt, quàm Græci ὕβριν appllant: aliàs culpa, quam Græci ἔσκλημα† dicunt ſicut in lege Aquilia damnum iniuria datũ accipitur: aliàs iniquitas, & iniuſtitia quàm Græci ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν uocant. cum enim Prætor uel Iudex non iure contra quem pronuntiat, iniuriã accepiſſe dicitur.*

*l. 1. D. e. & tot. ti.

† ἀδίκημα

ARGVM.

Iniuria non ſolùm committitur in corpus, vt verberibus, & pulſatione: ſed etiã extra corpus vt conuitiis, famoſis libellis pudicitia attentata, aliiſq; modis innumeris.

Iniuria autem committitur, non ſolùm cùm quis pugno pulſatus, aut fuſtibus cæſus, uel etiã uerberatus erit: ſed & ſi cui conuitium factum fuerit, ſiue cuius bona quaſi debitoris, qui nihil deberet, poſſeſſa fuerint, ab eo, qui intelligebat nihil eũ ſibi debere: uel ſi quis ad infamiam ali-

cuius libellum, aut carmen, aut hiſtoriam ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret: ſiue quis matrēfamiliās aut prætextatum prætextatamve adſectatus fuerit, ſiue cuius pudicitia attētata eſſe dicetur: & denique alijs plurimis modis admitti iniuriam manifeſtum eſt.

ARGVM.

Quæ liberis, uxori, aut nurui irrogatur iniuria, parenti marito aut ſocero illata uidetur: quo fit vt quandoque pro eadem iniuria pluribus perſonis iniuriarum actio competat: uiro tamen illatā iniuriā, vxori uindicare non licet.

d.l.1.§. itē per. Patitur *autem quis iniuriam non ſolùm per ſemetipſum, ſed etiam per liberos ſuos, quos in poteſtate habet: item per uxorē ſuā: id enim magis prævaluit. Itaque ſi filiæ alicuius, quæ Titio nupta eſt, iniuriam feceris: non ſolùm filiæ nomine tecum iniuriarum agi poteſt, ſed etiā patris*

*l.2.D.e. *quoque, & mariti nomine, Contrà* autē ſi uiro iniuria facta ſit: uxor iniuriarum agere non poteſt. Defendi enim uxores à uiris, non uiros ab uxoribus, æquum eſt. Sed & ſocer nurus nomine, cuius uir in eius poteſtate eſt, iniuriarum agere poteſt. Seruis autem ipſis quidem nulla iniuria fieri intelligitur, ſed domino per eos fieri uidetur: non tamen ijſdem modis quibus etiam per liberos: & uxores, ſed ita, cùm quid atrocius cōmiſſum fuerit, & quod apertè ad contumeliam domini reſpicit: ueluti ſi quis alienū ſeruum atrociter uerberauerit: & in hunc caſum actio proponitur. At ſi quis ſeruo conuicium fecerit, uel pugno eum percuſſerit: nulla in eum actio domino competit. Si cōmuni ſeruo iniuria facta ſit, æquum eſt, non pro ea parte, qua dominus quiſque eſt, æſtimationem iniuriæ fieri, ſed ex do-*

ex dominorum perſona, quia ipſis ſi iniuria. Quòd ſi uſuſfructus in ſeruo Titij eſt proprietas Mæuij, magis Mæuio iniuria fieri intelligitur. Sed ſi libero homini, qui tibi bona fide ſeruit, iniuria facta ſit, nulla tibi actio dabitur, ſed ſuo nomine is experiri poterit: niſi in contumeliam tuam pulſatus ſit. tunc enim competit & tibi iniuriarum actio. Idem ergo eſt, & in ſeruo alieno bona fide tibi ſeruiente: ut toties admittatur iniuriarum actio, quoties in tuam contumeliam iniuria ei facta ſit.

ARGVM.

Reiecta talionis pœna, quæ olim iniurioſis irrogabatur, hodie pecuniaria imponitur, vt ſcilicet tanti reus condemnetur, quanti iniuriam paſſus æſtimandam duxerit, aut iudici taxantia quum uiſum fuerit, quippe qui pro dignitate illius cui infertur, pluris, minorisve iniuriã æſtimabit.

*Pœna autem iniuriarum ex lege duodecim Tabularum propter membrũ quidem * ruptum talio erat, propter os uerò fractum, nummariæ pœnæ erant conſtitutæ, quaſi in magna ueterum paupertate. Sed poſteà Prætores permittebant ipſis, qui iniuriam paſſi ſunt, eam æſtimare: ut iudex uel tanti rerum condemnet, quanti iniuriam paſſus æſtimauerit, uel minoris, prout ei uiſum fuerit. Sed pœna quædam iniuriæ, quæ ex lege duodecim Tabul. introducta eſt, in deſuetudinem abijt. quam autem Prætores introduxerunt (quæ etiam honoraria appellatur) in iudicijs frequentatur. Nam ſecundum gradum dignitatis, uitaque honeſtatem, creſcit, aut minuitur æſtimatio iniuriæ, qui gradus condemnationis, & in ſeruili perſona non immeritò ſeruatur, ut aliud in ſeruo actore, aliud in medij*

*vide Prateium ad ll. 12. tab. l. 76.

actus homine, aliud in uiliſſimo uel compedito
*l.5.D.e. *ius æſtimationis conſtituatur. Sed* & lex* Cornelia de iniurijs loquitur, & iniuriarũ actionẽ introduxit, quæ competit ob eam rem, quòd ſe pulſatum quis, uerberatumve, uel domum ſuam vi introitam eſſe dicat. Domũ autẽ accipimus. ſiue in propria domo quis habitet, ſiue in conducta: ſiue gratis, ſiue hoſpitio receptus ſit.*

ARGVM.

Atrox iniuria grauius punitur atrocem autẽ iniuriam ex facto loco perſona, & corporis parte, quæ læſa fuit reputamus.

*l.7.§.fi. D.eo. *Atrox* iniuria æſtimatur uel ex facto: ueluti ſi quis ab alio uulneratus ſit: uel fuſtibus cæſus. uel ex loco: ueluti ſi cui in theatro, uel in foro, uel in conſpectu Prætoris iniuria facta ſit. uel ex perſona, ueluti ſi magiſtratus iniuriam paſſus fuerit, uel ſi ſenatori ab humili perſona iniuria facta ſit, aut parenti, patronove fiat à liberis uel libertis. Aliter enim ſenatoris, & parentis, patronique, aliter extranei & humilis perſonæ iniuria æſtimatur. Nonnunquam & locus uulneris atrocem iniuriã facit, ueluti ſi in oculo quis percuſſus fuerit. Parui autem refert, utrùm patrifamiliàs, an filiofamiliàs talis iniuria facta ſit: nam & hæc atrox iniuria æſtimabitur.*

ARGVM.

Illata iniuria aut ciuiliter, aut criminaliter vlciſcitur, ciuiliter, quando mulcta iniuriatio adiudicatur criminaliter, ſi quando reus iudicis arbitrio extra ordinem puniendus cõmittitur, quo caſu procurator interuenire nequaquã
* d.l 7.§. poſſe.&l. 37.D.eo. poteſt, niſi qui iniuriã perſequitur, vel ſe defendit, aut illuſtris, aut ſuperilluſtris ſit.

In ſumma ſciendum eſt, de omni iniuria, eum

*eum qui paſſus eſt, poſſe uel criminaliter agere, uel ciuiliter. Et ſi quidem ciuiliter agatur: æſtimatione facta ſecundũ quod dictum eſt, pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter, officio iudicis extraordinaria pœna reo irrogatur: hoc uidelicet obſeruando, quod Zenoniana * conſtitutio introduxit, ut uiri illuſtres, quique ſuper eos ſunt, & per procuratores poſſint actionem iniuriarum criminaliter, uel perſequi, uel ſuſcipere ſecundum eius tenorem, qui ex ipſa manifeſtius apparet.* *l. ſi. C. e.

ARGVM.

Etiam qui curauit, vt cuipiam per aliũ iniuria fieret, iniuriarum tenetur.

*Non * ſolùm autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, id eſt, qui percuſſit: uerum ille quoque tenetur, † qui dolo fecit iniuriam, uel qui procurauit, † ut cui mala pugno percuteretur. Hæc actio diſſimulatione aboletur, & ideo ſi quis iniuriam dereliquerit, hoc eſt, ſtatim paſſus ad animum ſuum non reuocauerit, poſteà ex pœnitentia remiſſam iniuriam non poterit recolere.* *l. non ſolùm D. e. † *continetur,* † *urauit,*

De obligationibus, quæ quaſi ex delicto naſcuntur.

TITVL. V.

ARGVM.

Obligatio, ex quaſi delicto oriri dicitur, quãdo non ex dolo malo, ſed magis imperitia quadam, & minùs prouidè delinquitur, quo pacto & iudex ſi per imprudentiam perperam pronuntiauit, facit litem ſuam, ideſt, damnũ eius litis, vt æquitati iudicantis videbitur, læſo reſtituere compellitur. *l. ex maleficiis §. ſi iudex. D. d obl. & act.

Si iudex litem ſuam fecerit, non propriè ex maleficio obligatus uidetur, ſed quia neque*

ex maleficio, neque ex contractu obligatus eſt, & utique peccaſſe aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideo uidetur quaſi ex maleficio teneri, & inquantum de ea re æquum religioni iudicantis uidebitur, pœnam ſuſtinebit.

ARGVM.

Si ex ædibus quas quis inhabitat, quippiam deiectum, effuſumve fuerit, quod tranſeunti dãnũ intulerit, aut ea parte qua uulgo iter fit, aliquid ſuſpenſum habeat, cuius caſus periculoſus ſit, ex quaſi delicto obligatus, pœnas hic deſcriptas incurrit.

*ex. d.l. §.is quo que.

** Item is, ex cuius cœnaculo uel proprio ipſius, uel conducto, uel in quo gratis habitat, deiectũ effuſumve aliquid eſt, ita ut alicui noceret: quaſi ex maleficio obligatus intelligitur.* † *Ideo autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerunque ob alterius culpam tenetur, aut ſerui, aut liberi. Cui ſimilis eſt is, qui ea parte, qua uulgò iter fieri ſolet, id poſitũ, aut ſuſpenſum habet, quod poteſt (ſi ceciderit) alicui nocere. quo caſu pœna decem aureorum conſtituta eſt. De eo uerò, quod deiectum effuſumve eſt, dupli, quantum damni* † *datum ſit conſtituta eſt actio. Ob hominem uerò liberum occiſum, quinquaginta aureorum pœna conſtituitur. Si uerò uiuat, nocitumque ei eſſe dicatur, quantum ob eam rem æquum iudici uidetur, actio datur. Iudex enim cõputare debet mercedes medicis præſtitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta ſunt: præterea operas, quibus caruit, aut cariturus eſt ob id, quòd inutilis eſt factus. Si filiusfamiliàs ſeorſum à patre habitauerit, & quid ex cœnaculo eius deiectũ, effuſumve fuerit, ſiue quid poſitum ſuſpenſumve habuerit, cuius caſus periculoſus eſt: Iu-*

† *teneri uidetur.*

† *quanti damnum*

liano placuit in patrem nullam eſſe actionem, ſed cum ipſo filio agendum eſſe. Quod & in filiofamilias iudice obſeruandum eſt, qui litem ſuam fecerit.

ARGVM.

Nauis, cauponæ, & ſtabuli exercitio præfectus, ſi ij quorum opera utitur, furtum aut dolum, in naui, caupona, & ſtabulo commiſerint, ex quaſi delicto obligatus, eorum factum præſtare debet. † *damno*

*Item * exercitor nauis, aut cauponæ, aut ſtabuli de dolo † aut furto, quod in naui, aut caupona, aut ſtabulo factum erit, quaſi ex maleficio teneri uidetur: ſi modò ipſius nullum eſt maleficium, ſed alicuius eorum, quorum opera nauem aut cauponam aut ſtabulum exercet †. Cùm enim neque ex maleficio, neque ex contractu ſit aduerſus eum conſtituta hic † actio, & aliquatenus culpæ reus eſt, quòd opera malorum hominum uteretur: ideo quaſi ex maleficio teneri uidetur. In his autem caſibus in factum actio competit: quæ hæredi quidem datur, aduerſus hæredem autem non competit.*

*d.l.§. fi.
† *damno*
† *exercere*
† *hæc*

De actionibus.

TITVLVS VI.

ACTIONVM πίναξ
P.Prateio.I.C.auctore.

Actio conſideratur à
- origine
  - ciuilis
  - prætoria
  - ſiue in
    - perſonam
    - rem
    - miſtę
- ſubſtantia
  - efficienti, ut perſecutorię.
    - perſonę
    - rei
  - forma
    - bonæ fidei, ſtricti iuris.
- ſiue i. petitione.
  - ſolidi
  - non ſolidi
  - pec. dos mun. §. ſed & côpenſ. ceſſio.

*Adnota, Tertiam iuris ciuilis partem quæ actiones reſpicit, adgreditur Imperator, quas meritò tractarui obligationum poſtpoſuit, cùm ab obligationibus, vtpote à matre originem ducant. text. in.l.licet.§. ea obligatio. D. de procuratoribus.

*l. nihil. D.đ obl. & act.

*SVpereſt, ut de actionibus loquamur. Actio * autem nihil aliud eſt, quàm ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur.*

ARGVM.

Prima actionum diuiſio, hæc eſt, ut quædam reales ſint, quædam perſonales. Perſonalibus etenim cum, eo experimur, qui nobis aut ex cō

tracta

tractu,aut quaſi,uel ex delicto,aut quaſi, obnoxius eſt:realibus verò quotieſcunque cum eo agimus,qui nullo iure nobis obligatur, rei tamen noſtræ poſſeſſor eſt.

Omnium * *autem actionum, quibus inter aliquos apud iudices, arbitroſve de quacunque re quæritur, ſumma diuiſio in duo genera deducitur. aut enim in rem ſunt, aut in perſonam. Nanque agit unuſquiſque aut cum eo, qui ei obligatus eſt, uel ex contractu, uel ex maleficio, quo caſu proditæ ſunt actiones in perſonam, per quas intendit aduerſarium ei dare, aut facere oportere, & alijs quibuſdam modis. Aut cum eo agit, qui nullo iure ei obligatus eſt, mouet tamen alicui de aliqua re controuerſiam. quo caſu proditæ actiones in rem ſunt: ueluti ſi rem corporalem poßideat quis, quam Titius ſuam eſſe affirmet, poſſeſſor autem dominum eius ſe eſſe dicat. nam ſi Titius ſuam eſſe intendat in rem actio eſt.* *l. actionũ D. co. * Alcia. l.

ARGVM.

Etiam pro incorporalibus rebus in rem proditæ ſunt actiones, confeſſoria ſcilicet, & negatoria: prior quidem ei, qui ſibi perſonalem, ſiue realem ſeruitutem vrbani uel ruſtici prædii debitam contendit, conceditur: altera pro libertate uindicanda, cõtra uicinum, agimus, cui ius ſeruitutis in re noſtra eſſe negamus: incorporalium autem rerum huiuſmodi actiones, ab iis quæ pro corporalibus rebus competunt: in hoc differunt, quòd illæ poſſidenti conceduntur, hę verò non.

Aequè ſi * *agat quis ius ſibi eſſe fundo fortè uel ædibus utendi fruendi, uel per fundum uicini eundi agendi, uel ex fundo uicini aquam ducendi: in rem actio eſt. Eiuſdem generis eſt actio de iure prædiorum urbanorum: ueluti ſi* naturaliter. §. nihil cõe. D. d acq. poſſ.

quis agat ius ſibi eſſe altius ædes ſuas tollendi, proſpiciendive uel proijciendi aliquid, uel immittendi tignum in uicini ædes. contrà quoque de uſufructu, & de ſeruitutibus prædiorum ruſticorum, item prædiorum urbanorum, inuicem quoque proditæ ſunt actiones: ut ſi quis intendat ius non eſſe aduerſario utendi fruendi, eundi, agendi, aquamve ducendi, item altius tollendi, proſpiciendive, uel proijciendi immittendive: iſtæ quoque actiones in rem ſunt, ſed negatiuæ.† *Quod genus actionis in controuerſijs rerum corporalium proditum non eſt. Nam in his is agit, qui non poßidet. ei uerò, qui poßidet, non eſt actio prodita, per quam neget rem actoris eſſe. Sanè uno caſu qui poßidet, nihilominus is actoris partes obtinet, ſicut in latioribus Digeſtorum libris opportuniùs apparebit.*

† *negatoriæ* D.

Iam ſecunda actionum ſectio pertractanda capitur, & primò de in rem prætoriis. Qui iuſto titulo ab eo quem dominum credebat, rē tradi tam accepit, ſi prius à rei poſſeſſione ceciderit quàm uſucapionem abſoluerit, is aduerſus poſſeſſorem publicianam in rem actionem intentare poteſt, vt perinde ei reſtituatur, ac ſi uſuſcapione, eius rei dominium nactus fuiſſet.

Sed iſtæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, & ſi quæ ſunt ſimiles ex legitimis, & ciuilibus cauſis deſcendunt. Aliæ autem ſunt, quas Prætor ex ſua iuriſdictione cōparatas habet tam in rem, quàm in perſonam, quas & ipſas neceſſarium eſt exemplis oſtendere. Vt ecce, plerunque ita permittit Prætor in rem agere, ut uel actor dicat ſe quaſi uſucepiſſe, quod non uſuceperit: uel ex diuerſo poſſeſſor dicat aduerſarium ſuum non uſucepiſſe, quod uſuceperit. Nanque ſi cui ex iuſta cauſa

ſta cauſa res aliqua tradita fuerit (ueluti ex cauſa emptionis,aut donationis,aut dotis , aut legatorum) & necdum eius rei dominus effe-ctus eſt : ſi eius rei poſſeßionem caſu amiſerit , nullam habet in rem directam actionẽ ad†eam perſequendam quippe ita proditæ ſunt iure ci-uili actiones, ut quis dominium ſuum uindicet . ſed quia ſanè durum erat,eo caſu deficere actio nem , inuenta eſt à Pratore actio in qua dicit is,qui poſſeßionem amiſit , eam rem ſe uſuce-piſſe,quam uſu non cepit, & ita uindicat ſuam eſſe . quæ actio Publiciana appellatur , quo-niam primùm à Publicio Prætore in edicto pro poſita eſt.*

†rem

*vide tit. de Publicia. in rẽ act. D.

A R G V M.

Quemadmodum Publiciana pro re nondum vſucapta recuperanda datur,ita ex diuerſo reſciſſoria actio pro re,quæ vſucapta eſt à parte rehabenda:ſi quis itaque Reipublicæ aliave qua uis cauſa abſens, rem præſentis uſuceperit, domino conceſſum eſt,reuerſo poſſeſſore(impetrata prius reſciſsione uſucapionis) ſtatim intra annum reſciſſoriam actionem inſtaurare: perindeq; rem petere,atque ſi vſu nunquam capta fuiſſet .

*Rurſus ex diuerſo , ſi quis cùm reipublicæ cauſa abeſſet , uel in hoſtium poteſtate eſſet , rem eius , qui in ciuitate eſſet, uſuceperit , per-mittitur domino , ſi poſſeſſor reipublicæ cau-ſa abeſſe deſierit,tunc intra annũ reſciſſa uſuſ-capione eam petere , id eſt , ita petere, ut dicat poſſeſſorem uſu non cepiſſe , & ob id ſuam rem eſſe . Quòd genus actionis quibuſdam & alijs ſimili æquitate motus Prætor adcommodat ,ſi-cut ex latiore Digeſtorum*ſeu Pandectarum uo lumine intelligere licet.*

*D. ex q̃. bus cauſ. maio.

Argum .

ARGVM.

Quæ in creditorum fraudem alienata fuere, perinde à quibuſcunque poſſeſſoribus per creditores prius in bonorum debitoris poſſesſionē miſſos, reuocari poſſunt, atque ſi tradita non fuiſſent, & ſemper in debitoris patrimonio mā ſiſſent.

Item ſi quis in fraudem creditorum rem ſuam alicui tradiderit: bonis eius à creditoribus poſſeſſis, ex ſententia præſidis permittitur ipſis creditoribus, reſciſſa traditione, eam rem petere, id eſt, dicere eam rem traditam non eſſe, & ob id in bonis debitoris manſiſſe.

ARGVM.

Seruiana quoque, & quaſi Seruiana, quæ etiā hypothecaria dicitur, in rem prætoriæ ſunt: prima locatori competit, in res inquilini vel coloni ædibus vel fundo locatis inuectas: quæ pro mercede locationis (etiam ſi nihil conuenerit) tacitè hypothecatæ ſunt: altera verò reliqui creditores pignora & eorū hypothecas perſequūntur: nec refert an id cuius nomine experiuntur, pignus ſit (id eſt, in re mobili tradita) an uerò hypotheca (id eſt, in re ſoli conſiſtens) utique enim hypothecariæ ſemper locus eſt.

Item Seruiana & quaſi Seruiana (quæ etiam hypotecharia uocatur) ex ipſius Prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt. † capit *† Seruiana autem experitur quis de rebus coloni, quæ pignoris iure pro mercedibus fundi ei tenentur. Quaſi Seruiana autem eſt: qua creditores pignora hypothecasve perſequuntur. Inter pignus autem & hypothecam (quantum ad actionem hypothecariam attinet) nihil intereſt. nam de qua re inter creditorem, & debitorem conuenerit, ut ſit pro debito obligata: utraque hac appellatione continetur: ſed in alijs differentia eſt.*

Nam

Nam pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus quæ ſimul etiam traditur creditori, maximè ſi mobilis ſit. At eam, quæ ſine traditione, nuda conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus.

ARGVM.

Hactenus de prætoriis in rē, nunc de iis quæ ſunt in perſonam, quæ quamuis innumeræ ſint, de tribus tantùm hic diſſeritur.

*In perſonam quoque actiones ex ſua iuriſdictione propoſitas habet Prætor: ueluti de pecunia conſtituta: cui ſimilis uidebantur recepticia. ſed ex noſtra*conſtitutione (cùm & ſi quid plenius habebat, hoc in actione pecuniæ conſtitutæ transfuſum eſt) & ea quaſi ſuperuacua iuſſa eſt cum ſua auctoritate à noſtris legibus recedere. Item Prætor propoſuit actionem de peculio ſeruorum, filiorumq; familiarum: & eam, ex qua quæritur, an actor iurauerit, & alias complures.* *l. 2. C. de cōſt. pec.

ARGVM.

Quiſquis quod à ſe aliove debetur, ſeſe ſoluturum nudo pacto conſtituat, actione de cōſtituta conueniri poteſt.

De conſtituta autem pecunia cum omnibus agitur, quicunque uel pro ſe uel pro alio ſoluturos ſe conſtituerint, nulla ſcilicet ſtipulatione interpoſita. nam alioqui ſi ſtipulanti promiſerint, iure ciuili tenentur.

ARGVM.

Pro filii, vel ſerui cōtractu eatenus pater aut dominus actione de peculio impeti poſſunt, quatenus peculii vires patiuntur.

Actiones autem de peculio, ideo aduerſus patrem dominumve comparauit Prætor, quia licet

modo perempta, atque deteriora facta, hoc uerbo continentur. Denique reſponſum eſt, ſi quis in alienum uinum aut oleum id miſcuerit, † *quo naturalis bonitas uini, aut olei corrumperetur, ex hac parte legis Aquiliæ eum teneri. Illud palàm eſt, ſicut ex primo capite, ita demum quiſque tenetur; ſi dolo aut culpa eius homo aut quadrupes occiſus occiſave fuerit: ita ex hoc capite, de dolo aut culpa, & de cætero damno quenque teneri. ex hoc tamen capite nō quanti in eo anno, ſed quāti in diebus triginta proximis* † *res fuerit obligatur is, qui damnū dederit.* At nec Plurimi *quidē uerbum adijcitur. Sed Sabino rectè placuit, perinde habendam æſtimationem, ac ſi etiam hac parte*, Plurimi, *uerbum adiectum fuiſſet. nam plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno interrogante hanc legem tulit, contentam fuiſſe, quòd prima parte eo uerbo uſa eſſet.* †

† *immiſcuerit.*

† *retro*

† *eſt*

ARGVM.

Directa legis Aquiliæ actio competit, ſi corpori à corpore damnum illatū ſit: quòd ſi à non corpore corpori vtilis dabitur: ſin autem neq; à corpore datum ſit, neq; corpus læſum, in factum actioni locus eſt.

Cæterùm placuit, ita demum directā ex hac lege actionem eſſe, ſi quis præcipuè corpore ſuo damnum dederit. Ideoque in eum, qui alio modo damnum dederit, utiles actiones dari ſolent, ueluti ſi quis hominem alienū, aut pecus ita incluſerit, ut fame necaretur: aut iumentum ita uehementer egerit, ut rumperetur: aut pecus in tantum exagitauerit, ut præcipitaretur. aut ſi quis alieno ſeruo perſuaſerit, ut in arborem aſcenderet, uel in puteum deſcenderet, & is aſcendēdo, uel deſcendendo aut mortuus, aut aliqua parte

corporis

corporis læſus fuerit:utilis actio in eum datur.† *Sed ſi quis alienum ſeruum, aut de ponte, aut de ripa in flumẽ deiecerit, & is ſuffocatus fuerit: eo, quòd proiecit, corpore ſuo damnum dediſſe, non difficulter intelligi poteſt† ideoque ipſa lege Aquilia tenetur. Sed ſi non corpore damnũ fuerit datum, neque corpus læſum fuerit, ſed alio modo alicui damnum contigerit, quum non ſufficiat, neque directa, neque utilis legis Aquiliæ actio: placuit eum qui obnoxius fuerit in factum actione teneri: ueluti ſi quis miſericordia ductus, alienum ſeruum compeditum ſoluerit, ut fugeret.*

†accommodatur

† poterit

De iniurijs.

TIT. IIII.

GEneraliter* *iniuria dicitur omne, quod nõ iure fit. ſpecialiter, aliàs cõtumelia, quæ à contemnẽdo dicta eſt, quàm Græci ὕβριν appllant: aliàs culpa, quam Græci ἔσκλημα† dicunt ſicut in lege Aquilia damnum iniuria datũ accipitur: aliàs iniquitas, & iniuſtitia quàm Græci ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν uocant. cum enim Prætor uel Iudex non iure contra quem pronuntiat, iniuriã accepiſſe dicitur.*

*l. 1. D. e. & tot. ti.

† ἀδίκημα

A R G V M.

Iniuria non ſolùm committitur in corpus, vt verberibus, & pulſatione: ſed etiã extra corpus vt conuitiis, famoſis libellis pudicitia attentata, aliiſq; modis innumeris.

Iniuria autem committitur, non ſolùm cùm quis pugno pulſatus, aut fuſtibus cæſus, uel etiã uerberatus erit: ſed & ſi cui conuitium factum fuerit, ſiue cuius bona quaſi debitoris, qui nihil deberet, poſſeſſa fuerint, ab eo, qui intelligebat nihil eũ ſibi debere: uel ſi quis ad infamiam alicuius

cuius libellum, aut carmen, aut hiſtoriam ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret: ſiue quis matrẽfamiliās aut prætextatum prætextatamve adſectatus fuerit, ſiue cuius pudicitia attẽtata eſſe dicetur: & denique alijs plurimis modis admitti iniuriam manifeſtum eſt.

ARGVM.

Quæ liberis, uxori, aut nurui irrogatur iniuria, parenti marito aut ſocero illata uidetur: quo fit vt quandoque pro eadem iniuria pluribus perſonis iniuriarum actio competat: uiro tamen illatã iniuriã, vxori uindicare non licet.

*d.l.1.§. itẽ per. *Patitur** *autem quis iniuriam non ſolùm per ſemetipſum, ſed etiam per liberos ſuos, quos in poteſtate habet: item per uxorẽ ſuã: id enim magis prævaluit. Itaque ſi filiæ alicuius, quæ Titio nupta eſt, iniuriam feceris: non ſolùm filiæ nomine tecum iniuriarum agi poteſt, ſed etiã patris*

*l.2.D.e. *quoque, & mariti nomine. Contrà** *autẽ ſi uiro iniuria facta ſit: uxor iniuriarum agere non poteſt. Defendi enim uxores à uiris, non uiros ab uxoribus, æquum eſt. Sed & ſocer nurus nomine, cuius uir in eius poteſtate eſt, iniuriarum agere poteſt. Seruis autem ipſis quidem nulla iniuria fieri intelligitur, ſed domino per eos fieri uidetur: non tamen ijſdem modis quibus etiam per liberos: & uxores, ſed ita, cùm quid atrocius cõmiſſum fuerit, & quod apertè ad contumeliam domini reſpicit: ueluti ſi quis alienũ ſeruum atrociter uerberauerit: & in hunc caſum actio proponitur. At ſi quis ſeruo conuicium fecerit, uel pugno eum percuſſerit: nulla in eum actio domino competit. Si cõmuni ſeruo iniuria facta ſit, æquum eſt, non pro ea parte, qua dominus quiſque eſt, æſtimationem iniuriæ fieri, ſed*

ex dominorum perſona, quia ipſis fi iniuria. Quòd ſi uſuſfructus in ſeruo Titij eſt proprietas Meuij, magis Meuio iniuria fieri intelligitur. Sed ſi libero homini, qui tibi bona fide ſeruit, iniuria facta ſit, nulla tibi actio dabitur, ſed ſuo nomine is experiri poterit: niſi in contumeliam tuam pulſatus ſit. tunc enim competit & tibi iniuriarum actio. Idem ergo eſt, & in ſeruo alieno bona fide tibi ſeruiente: ut toties admittatur iniuriarum actio, quoties in tuam contumeliam iniuria ei facta ſit.

ARGVM.

Reiecta talionis pœna, quæ olim iniurioſis irrogabatur, hodie pecuniaria imponitur, vt ſcilicet tanti reus condemnetur, quanti iniuriam paſſus æſtimandam duxerit, aut iudici taxantia quum uiſum fuerit, quippe qui pro dignitate illius cui infertur, pluris, minorisve iniuriã æſtimabit.

Pœna autem iniuriarum ex lege duedecim Tabularum propter membrũ quidem * *ruptum talio erat, propter os uerò fractum, nummariæ pœnæ erant conſtitutæ, quaſi in magna ueterum paupertate. Sed poſteà Pretores permittebant ipſis, qui iniuriam paſſi ſunt, eam æſtimare: ut iudex uel tanti rerum condemnet, quanti iniuriam paſſus æſtimauerit, uel minoris, prout ei uiſum fuerit. Sed pœna quædam iniuriæ, quæ ex lege duodecim Tabul. introducta eſt, in deſuetudinem abijt. quam autem Pretores introduxerunt (quæ etiam honoraria appellatur) in iudicijs frequentatur. Nam ſecundum gradum dignitatis, uitæque honeſtatem, creſcit, aut minuitur æſtimatio iniuriæ, qui gradus condemnationis, & in ſeruili perſona non immeritò ſeruatur, ut aliud in ſeruo actore, aliud in medij*

*vide Prateium ad ll. 12. tab. l. 76.

actus homine, aliud in uiliſsimo uel compedito
*l.5.D.c. *ius æſtimationis conſtituatur. Sed** & *lex* Cornelia *de iniurijs loquitur, & iniuriarũ actionẽ introduxit, quæ competit ob eam rem, quòd ſe pulſatum quis, uerberatumve. uel domum ſuam vi introitam eſſe dicat.* Domũ autẽ accipimus. *ſiue in propria domo quis habitet, ſiue in conducta: ſiue gratis, ſiue hoſpitio receptus ſit.*

ARGVM.

Atrox iniuria grauius punitur atrocem autẽ iniuriam ex facto loco perſona, & corporis parte, quæ læſa fuit reputamus.

*l.7.§.fi. D.eo. *Atrox** *iniuria æſtimatur uel ex facto: ueluti ſi quis ab alio uulneratus ſit: uel fuſtibus caſus. uel ex loco: ueluti ſi cui in theatro, uel in foro, uel in conſpectu* Prætoris *iniuria facta ſit. uel ex perſona, ueluti ſi magiſtratus iniuriam paſſus fuerit, uel ſi ſenatori ab humili perſona iniuria facta ſit, aut parenti, patronove fiat à liberis uel libertis.* Aliter *enim ſenatoris, & parentis, patronique, aliter extranei & humilis perſonæ iniuria æſtimatur.* Nonnunquam *& locus uulneris atrocem iniuriã facit, ueluti ſi in oculo quis percuſſus fuerit.* Parui au*tem refert, utrùm patrifamiliàs, an filiofamiliàs talis iniuria facta ſit: nam & hæc atrox iniuria æſtimabitur.*

ARGVM.

Illata iniuria aut ciuiliter, aut criminaliter vlciſcitur, ciuiliter, quando mulcta iniuriatio adiudicatur criminaliter, ſi quando reus iudicis arbitrio extra ordinem puniendus cõmittitur, quo caſu procurator interuenire nequaquã

* d.l 7.§. poſſè.&l. 37.D.eo. poteſt, niſi qui iniuriã perſequitur, vel ſe defendit, aut illuſtris, aut ſuperilluſtris ſit.

In ſumma ſciendum eſt, de omni iniuria,

eum

*eum qui paſſus eſt, poſſe uel criminaliter agere, uel ciuiliter. Et ſi quidem ciuiliter agatur: aſtimatione facta ſecundũ quod dictum eſt, pœna reo imponitur. Sinautem criminaliter, officio iudicis extraordinaria pœna reo irrogatur: hoc uidelicet obſeruando, quod Zenoniana * conſtitutio introduxit, ut uiri illuſtres, quique ſuper eos ſunt, & per procuratores poſſint actionem iniuriarum criminaliter, uel perſequi, uel ſuſcipere ſecundum eius tenorem, qui ex ipſa manifeſtius apparet.* *l. ſi. C. e.

ARGVM.

Etiam qui curauit, vt cuipiam per aliũ iniuria fieret, iniuriarum tenetur.

*Non * ſolùm autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, id eſt, qui percußit: uerum ille quoque tenetur, † qui dolo fecit iniuriam, uel qui procurauit, † ut cui mala pugno percuteretur. Hæc actio diſſimulatione aboletur, & ideo ſi quis iniuriam dereliquerit, hoc eſt, ſtatim paſſus ad animum ſuum non reuocauerit, poſteà ex pœnitentia remiſſam iniuriam non poterit recolere.* *l. non ſolùm D. e. † continetur, † urauit,

De obligationibus, quæ quaſi ex delicto naſcuntur.

TITVL. V.

ARGVM.

Obligatio, ex quaſi delicto oriri dicitur, quãdo non ex dolo malo, ſed magis imperitia quadam, & minùs prouidè delinquitur, quo pacto & iudex ſi per imprudentiam perperam pronuntiauit, facit litem ſuam, ideſt, damnũ eius litis, vt æquitati iudicantis videbitur, læſo reſtituare compellitur. *l. ex maleficiis §. ſi iudex. D. đ obl. & act.

*SI iudex * litem ſuam fecerit, non propriè ex maleficio obligatus uidetur, ſed quia neque*

ex maleficio, neque ex contractu obligatus eſt, & utique peccaſſe aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideo uidetur quaſi ex maleficio teneri, & inquantum de ea re æquum religioni iudicantis uidebitur, pœnam ſuſtinebit.

ARGVM.

Si ex ædibus quas quis inhabitat, quippiam deiectum, effuſumve fuerit, quod tranſeunti dãnũ intulerit, aut ea parte qua uulgo iter fit, aliquid ſuſpenſum habeat, cuius caſus periculoſus ſit, ex quaſi delicto obligatus, pœnas hic deſcriptas incurrit.

*ex. d.l. §.is quo que. **Item is, ex cuius cœnaculo uel proprio ipſius, uel conducto, uel in quo gratis habitat, deiectũ effuſumve aliquid eſt, ita ut alicui noceret: quaſi ex maleficio obligatus intelligitur.* † Ideo *autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerunque ob alterius culpam tenetur, aut ſerui, aut liberi. Cui ſimilis eſt is, qui ea parte, quà uulgò iter fieri ſolet, id poſitũ, aut ſuſpenſum habet, quod poteſt (ſi ceciderit) alicui nocere. quo caſu pœna decem aureorum conſtituta eſt. De eo uerò, quod deiectum effuſumve eſt, dupli, quantum damni* † *datum ſit conſtituta eſt actio. Ob hominem uerò liberum occiſum, quinquaginta aureorum pœna conſtituitur. Si uerò uiuat, nocitumque ei eſſe dicatur, quantum ob eam rem æquum iudici uidetur, actio datur.* Iudex *enim cõputare debet mercedes medicis præſtitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta ſunt: præterea operas, quibus caruit, aut cariturus eſt ob id, quòd inutilis eſt factus. Si filiusfamiliàs ſeorſum à patre habitauerit, & quid ex cœnaculo eius deiectũ, effuſumve fuerit, ſiue quid poſitum ſuſpenſumve habuerit, cuius caſus periculoſus eſt:* Iu-

† *teneri uidetur.*

† *quanti damnum*

liano placuit in patrem nullam eſſe actionem, ſed cum ipſo filio agendum eſſe. Quod & in filiofamilias iudice obſeruandum eſt, qui litem ſuam fecerit.

ARGVM.

Nauis, cauponæ, & ſtabuli exercitio præfectus, ſi ij quorum opera utitur, furtum aut dolum, in naui, caupona, & ſtabulo commiſerint, ex quaſi delicto obligatus, eorum factum præſtare debet. † damno

*Item * exercitor nauis, aut cauponæ, aut ſtabuli de dolo † aut furto, quod in naui, aut caupona, aut ſtabulo factum erit, quaſi ex maleficio teneri uidetur: ſi modò ipſius nullum eſt maleficium, ſed alicuius eorum, quorum opera nauem aut cauponam aut ſtabulum exercet †. Cùm enim neque ex maleficio, neque ex contractu ſit aduerſus eum conſtituta hic † actio, & aliquatenus culpæ reus eſt, quòd opera malorum hominum uteretur: ideo quaſi ex maleficio teneri uidetur. In his autem caſibus in factum actio competit: quæ hæredi quidem datur, aduerſus hæredem autem non competit.*

*d.l.§. fi.
† damno
†exercere*t*
† *hæc*

De actionibus.

TITVLVS VI.

ACTIONVM πίναξ P. Prateio. I.C. auctore.

Actio conſideratur à
- origine
  - ciuilis
  - prætoria
  - ſiue in
    - perſonam
    - rem
    - miſtę
- ſubſtantia
  - efficienti, ut perſecutorię
    - perſonę
    - rei
  - forma
    - bonæ fidei, ſtricti iuris.
- fine i. petitione.
  - ſolidi
  - non ſolidi
    - pec. dos mun. §. ſed & côpen ſ. ceſſio.

*Adnota, Tertiam iuris ciuilis partem quæ actiones reſpicit, adgreditur Imperator, quas meritò tractarui obligationum poſtpoſuit, cùm ab obligationibus, vtpote à matre originem ducant. text. in.l.licet.§. ea obligatio. D. de procuratoribus.

*SVpereſt, ut de actionibus loquamur. Actio * autem nihil aliud eſt, quàm ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur.*

*l. nihil. D.d obl. & act.

ARGVM.

Prima actionum diuiſio, hæc eſt, ut quædam reales ſint, quædam perſonales. Perſonalibus etenim cum, eo experimur, qui nobis aut ex cô

tractu

tractu,aut quaſi,uel ex delicto,aut quaſi, obnoxius eſt:realibus verò quotieſcunque cum eo agimus,qui nullo iure nobis obligatur, rei tamen noſtræ poſſeſſor eſt.

*Omnium * autem actionum , quibus inter aliquos apud iudices, arbitroſve de quacunque re quæritur,ſumma diuiſio in duo genera deducitur.aut enim in rem ſunt, aut in perſonam. Nanque agit unuſquiſque aut cum eo, qui ei obligatus eſt,uel ex contractu, uel ex maleficio, quo caſu proditæ ſunt actiones in perſonam,per quas intendit aduerſarium ei dare, aut facere oportere, & alijs quibuſdam modis. Aut cum eo agit,qui nullo iure ei obligatus eſt, mouet tamen alicui de aliqua re controuerſiam. quo caſu proditæ actiones in rem ſunt: ueluti ſi rem corporalem poßideat quis, quam Titius ſuam eſſe affirmet, poſſeſſor autem dominum eius ſe eſſe dicat. nam ſi Titius ſuam eſſe intendat in rem actio eſt.* *l. actionū D. eo. * Alcia.l.

A R G V M.

Etiam pro incorporalibus rebus in rem proditæ ſunt actiones,confeſſoria ſcilicet, & negatoria:prior quidem ei,qui ſibi perſonalem, ſiue realem ſeruitutem vrbani uel ruſtici prædii debitam contendit,conceditur:altera pro libertate uindicanda,cõtra uicinum,agimus,cui ius ſeruitutis in re noſtra eſſe negamus: incorporalium autem rerum huiuſmodi actiones,ab iis que pro corporalibus rebus competunt:in hoc differunt,quòd illæ posſidenti conceduntur,hę verò non.

*Aequè ſi * agat quis ius ſibi eſſe fundo fortè uel ædibus utendi fruendi, uel per fundum uicini eundi agendi,uel ex fundo uicini aquam ducendi: in rem actio eſt. Eiuſdem generis eſt actio de iure prædiorum urbanorum: ueluti ſi* naturaliter.§.nihil cõe. D.ď acq. poſſ.

quis agat ius ſibi eſſe altius ædes ſuas tollendi, proſpiciendive uel proijciendi aliquid; uel immittendi tignum in uicini ædes. contrà quoque de uſufructu, & de ſeruitutibus prædiorum ruſticorum, item prædiorum urbanorum, inuicem quoque proditæ ſunt actiones: ut ſi quis intendat ius non eſſe aduerſario utendi fruendi, eundi, agendi, aquamve ducendi, item altius tollendi, proſpiciendive, uel proijciendi immittendive: iſtæ quoque actiones in rem ſunt, ſed negatiuæ.† *Quod genus actionis in controuerſijs rerum corporalium proditum non eſt. Nam in his is agit, qui non poſsidet. ei uerò, qui poſsidet, non eſt actio prodita, per quam neget rem actoris eſſe. Sanè uno caſu qui poſsidet, nihilominus is actoris partes obtinet, ſicut in latioribus Digeſtorum libris opportuniùs apparebit.*

† *negatoriæ* D.

Iam ſecunda actionum ſectio pertractanda capitur, & primò de in rem prætoriis. Qui iuſto titulo ab eo quem dominum credebat, rē tradi tam accepit, ſi prius à rei poſſeſſione ceciderit quàm uſucapionem abſoluerit, is aduerſus poſſeſſorem publicianam in rem actionem intentare poteſt, vt perinde ei reſtituatur, ac ſi uſuſcapione, eius rei dominium nactus fuiſſet.

Sed iſtæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, & ſi quæ ſunt ſimiles ex legitimis, & ciuilibus cauſis deſcendunt. Aliæ autem ſunt, quas Prætor ex ſua iuriſdictione cōparatas habet tam in rem, quàm in perſonam, quas & ipſas neceſſarium eſt exemplis oſtendere. Vt ecce, plerunque ita permittit Prætor in rem agere, ut uel actor dicat ſe quaſi uſucepiſſe, quod non uſuceperit: uel ex diuerſo poſſeſſor dicat aduerſarium ſuum non uſucepiſſe, quod uſuceperit. Nanque ſi cui ex iuſta cauſa

ſta cauſa res aliqua tradita fuerit (ueluti ex cauſa emptionis,aut donationis,aut dotis, aut legatorum) & necdum eius rei dominus effectus eſt: ſi eius rei poſſeßionem caſu amiſerit, nullam habet in rem directam actionẽ ad†eam perſequendam quippe ita proditæ ſunt iure ciuili actiones, ut quis dominium ſuum uindicet. ſed quia ſanè durum erat,eo caſu deficere actionem, inuenta eſt à Prætore actio in qua dicit is,qui poſſeßionem amiſit, eam rem ſe uſucepiſſe,quam uſu non cepit, & ita uindicat ſuam eſſe. quæ actio Publiciana appellatur, quoniam primùm à Publicio Prætore in edicto propoſita eſt.* †rem *vide tit. de Publicia. in rẽ act. D.

ARGVM.

Quemadmodum Publiciana pro re nondum vſucapta recuperanda datur,ita ex diuerſo reſciſſoria actio pro re,quæ vſucapta eſt à parte rehabenda:ſi quis itaque Reipublicæ aliave qua uis cauſa abſens, rem præſentis uſuceperit, domino conceſſum eſt,reuerſo poſſeſſore(impetrata prius reſciſione uſucapionis) ſtatim intra annum reſciſſoriam actionem inſtaurare: perindeq; rem petere,atque ſi vſu nunquam capta fuiſſet.

*Rurſus ex diuerſo, ſi quis cùm reipublicæ cauſa abeſſet, uel in hoſtium poteſtate eſſet, rem eius, qui in ciuitate eſſet, uſuceperit, permittitur domino, ſi poſſeſſor reipublicæ cauſa abeſſe deſierit,tunc intra annũ reſciſſa uſuſcapione eam petere, id eſt, ita petere, ut dicat poſſeſſorem uſu non cepiſſe, & ob id ſuam rem eſſe. Quod genus actionis quibuſdam & alijs ſimili æquitate motus Prætor adcommodat, ſicut ex latiore Digeſtorum*ſeu Pandectarum uolumine intelligere licet.* *D. ex q̃bus cauſ. maio.

Argum.

Nam pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus quæ ſimul etiam traditur cre ditori, maximè ſi mobilis ſit. At eam, quæ ſine traditione, nuda conuentione tenetur, propriæ hypothecæ appellatione contineri dicimus.

ARGVM.

Hactenus de prætoriis in rē, nunc de iis quæ ſunt in perſonam, quæ quamuis innumeræ ſint, de tribus tantùm hic diſſeritur.

In perſonam quoque actiones ex ſua iuriſdictione propoſitas habet Prætor *: ueluti de pecunia conſtituta: cui ſimilis uidebantur recepticia. ſed ex noſtra*conſtitutione (cùm & ſi quid plenius habebat, hoc in actione pecuniæ conſtitutæ transfuſum eſt) & ea quaſi ſuperuacua iuſſa eſt cum ſua auctoritate à noſtris legibus recedere.* Item Prætor *propoſuit actionem de peculio ſeruorum, filiorumq; familiarum : & eam, ex qua quæritur, an actor iurauerit, & alias complures.*

*l. 2. C. de cōſt. pec.

ARGVM.

Quiſquis quod à ſe aliove debetur, ſeſe ſoluturum nudo pacto conſtituat, actione de cōſtituta conueniri poteſt.

De conſtituta autem pecunia cum omnibus agitur, quicunque uel pro ſe uel pro alio ſoluturos ſe conſtituerint, nulla ſcilicet ſtipulatione interpoſita. nam alioqui ſi ſtipulanti promiſerint, iure ciuili tenentur.

ARGVM.

Pro filii, vel ſerui cōtractu eatenus pater aut dominus actione de peculio impeti poſſunt, quatenus peculii vires patiuntur.

Actiones autem de peculio, ideo aduerſus patrem dominumve comparauit Prætor*, quia licet*

licet ex contractu filiorum ſeruorùmve ipſo iure non teneatur: æquum tamen eſt peculio tenus (quod ueluti patrimonium eſt filiorum filiarumq́; item ſeruorum) condemnari eos.

ARGVM.

Si deferente reo, actor eum ſibi debitorem iu reiurando aſſeuerarit, uſq: adeò plena fides illi adhibetur, vt omiſſa quæſtione an deberetur, in factum actio iuranti aduerſus reum competat.

Item ſi quis poſtulante aduerſario iurauerit deberi ſibi pecuniam, quam peteret, neque ei ſoluatur, iuſtiſſimè adcommodat ei talem actionem, per quam non illud quæritur, an ei pecunia debeatur, ſed an iurauerit.

* Adnota, Hic de tertio prætoriarum actionum genere: quas ideo pœnales appellamus, quia ad pœnam, non etiam rei perſequendæ cauſa competunt.

Pœnales quoque actiones Prætor *penè multas ex ſua iuriſdictione introduxit, ueluti aduerſus eum, quicquid ex albo eius corrupiſſet: & in eum, qui patronum uel parentem in ius uocaſſet, cùm id non impetraſſet. item aduerſus eum, qui ui exemerit eum, qui in ius uocaretur, cuiuſve dolo alius exemerit, & alias innumerabiles.* †

† *in factũ pœnales*

ARGVM.

Actiones quibus quęritur an quis ſit liber, an ſeruus, libertus, an ingenuus, filius an nõ, præiudiciales in rem ſunt: quarum prima ciuilis eſt, reliquæ verò prætoriæ: ideo ſic dictæ, quia magnum in eis præiudicium uerſatur, cùm per eas de ſtatu hominis quęratur: aut quia cæteris quęſtionibus præiudicium faciant: ut ſcilicet interea ſileant quandiu hæ uentilantur.

Præiudiciales actiones in rem eſſe uidentur:

quales

quales ſunt per quas quæritur, an aliquis † liber, an libertus ſit, uel ſeruus, uel de partu agnoſcendo. Ex *quibus ferè una illa legitimam cauſam habet, per quam quæritur, an aliquis liber ſit, cætera ex ipſius prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt.* †uel

ARGVM.

Eam rē quæ noſtra eſt, actione perſonali non adſequimur: ineptè igitur agit, qui rem ſuā ſibi dari petit: cùm dare, ſit dominium transferre: excepta tamen conditione furtiua, quæ aduerſus furem competit.

Sic itaque diſcretis actionibus, certum eſt nō poſſe actorem ſuam rem ita ab aliquo petere, † ſi apparet eum † dare oportere. Nec *enim quod actoris eſt, id ei dari oportet: ſcilicet quia dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, ut eius fiat.* Nec *res quæ iam actoris eſt, magis eius fieri poteſt.* Planè *odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum eſt, ut extra pœnam dupli aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures etiam hac actione teneantur, ſi appareat eos dare oportere: quamuis ſit aduerſus eos etiā hac in rem actio, per quam rem ſuam quis eſſe petit.* † *&* dire T. †mihi T.

ARGVM.

Reales actiones ad uindicandum dantur, perſonales verò (quas etiam abuſiuè condictiones appellamus) ad dandum vel faciendum competunt.

Apellamus autem in rem quidem actiones, uindicationes in perſonam uerò actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, condictiones. Condicere enim eſt denuntiare priſca lingua: nunc uerò abuſiuè dicimus condictionem actionem in perſonam eſſe, qua actor intendit

tendit dari ſibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit.

ARGVM.

Nunc tertiam actionum diuiſionẽ exorditur Iuſtinianus, ſcilicet, quòd quædam rei perſecutoriæ ſunt, quædam pœnales, quædam miſtam cauſam habentes. Perſecutoriæ rei dicuntur, quæ eius rei quę nobis abeſt, & alteri adeſt, perſequendæ cauſa cõparatæ ſunt: ideo omnes & reales & perſonales ex contractu) dẽpta depoſiti actione in quatuor caſibus) rei perſecutoriæ ſunt. Pœnales quibus meram pœnã perſequimur, vt actio furti, & id genus aliç. Miſtæ quæ tam pœnæ quàm rei perſequendæ cauſa inſtitutæ ſunt, hoc eſt, in quibus rei perſequutio in pœna continetur, ut ui bonorum raptorum, legis Aquiliæ, & eę quæ inficiando creſcunt.

Sequens illa diuiſio eſt, quòd quædam actiones rei perſequendæ gratia cõparatæ ſunt, quædam pœnæ perſequendæ, quædam miſtæ ſunt. Rei perſequendæ cauſa comparatæ ſunt omnes in rem actiones. Earum uerò actionum, quæ in perſonam ſunt, eæ quidem quæ ex contractu naſcuntur, ferè omnes rei perſequendæ cauſa comparatæ uidentur: ueluti quibus mutuam pecuniã, uel in ſtipulatũ deductam petit actor, item commodati, depoſiti, mandati, pro ſocio, ex empto, uendito, locato, conducto. Planè ſi depoſiti agatur eo nomine, quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij cauſa depoſitum ſit: in duplum actionem Prætor reddit: ſi modò cum ipſo, apud quem depoſitũ ſit, aut cum hærede eius de dolo ipſius agitur, quo caſu miſta eſt actio. Ex maleficijs uerò proditæ actiones, aliæ tantùm pœnæ perſequendæ cauſa comparatæ ſunt: aliæ tam pœnæ, quàm rei perſequendæ, & ob id miſtæ ſunt. Pœnam tantum perſequitur quis actione

furti

furti: ſiue enim manifeſti agatur quadrupli, ſiue non manifeſti dupli: de ſola pœna agitur nam ipſam rem propria actione perſequitur quis, id eſt, ſuam eſſe petens: ſiue fur ipſe eam rem poßideat, ſiue alius quilibet. Eo amplius *aduerſus furem etiam condictio eſt rei. Vi autem bonorum raptorum actio, miſta eſt, quia in quadruplo rei perſecutio continetur: pœna autem tripli eſt. Sed & legis Aquiliæ actio de damno iniuria dato, miſta eſt: non ſolùm ſi aduerſus inficiantem in duplum agatur, ſed interdum & ſi in ſimplum quiſque agat: ueluti ſi quis hominem claudum aut luſcum occiderit, qui in eo anno integer, & magni pretij fuerit, tanti enim dãnatur, quanti is homo in eo anno plurimi † fuerit; ſecundum iam traditam diuiſionem. Item miſta eſt actio contra eos, qui relicta ſacroſanctis eccleſiis, uel alijs uenerabilibus locis legati uel fideicommißi nomine dare diſtulerint: uſque adeò, ut etiam in iudicium uocarentur. tunc enim & ipſam rem uel pecuniam, quæ relicta eſt, dare compelluntur, & aliud tantum † pro pœna; & ideo in duplum eius fit condemnatio.*

† *magni pretij*

† τοσό-τητα

ARGVM.

Aliæ quoque ſunt actiones miſtam cauſam tam in rem, quàm in perſonam habentes: cuiuſmodi ſunt tria diuiſoria iudicia: in quibus quoties res (quæ commodam diuiſionem accipere nequit) occurrit, permittitur iudici uni ex litigatoribus eam inſolidum adiudicare, & eũ inuicem alteri certa pecunia condemnare.

Quædam actiones miſtam cauſam obtinere uidentur, tam in rem, quàm in perſonam: qualis eſt familiæ ericiſcundæ actio, quæ competit cohæredibus de diuidenda hæreditate. Item

communi

communi diuidundo, quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune eſt, ut id diuidatur. Item finium regundorum actio, quæ inter eos agitur, qui confinens agros habent. In quibus tribus iudicijs permittitur iudici rē alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adiudicare: & ſi unius pars prægrauari uidebitur, eum inuicem certa pecunia alteri condemnare.

ARGVM.

Iam ad quartam actionum diuiſionem properat.

Omnes autem actiones, uel in ſimplum conceptæ ſunt, uel in duplum, uel in triplum, uel in quadruplum, ulterius autem nulla actio extenditur. In ſimplum agitur: ueluti ex ſtipulatione, ex mutui datione, ex empto, uendito, locato, conducto, mandato, & denique ex alijs quàm plurimis † cauſis. In duplum agimus: ueluti furti nec manifeſti, damni iniuriæ, ex lege Aquilia, depoſiti, ex quibuſdam cauſis. Item ſerui corrupti: quæ competit in eum cuius hortatu, conſiliove ſeruus alienus fugerit, aut contumax aduerſus dominum factus eſt, aut luxurioſè uiuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus ſit. In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo ſeruus abſtulerit, æſtimatio deducitur. Item ex legato quod uenerabilibus locis relictum eſt, ſecundum ea, quæ ſuprà diximus.

† pluribus

ARGVM.

Qui maiorem ſummam ideo in libello complexus fuit, ut reus maioribus grauaretur ſportulis, eius damni, quod reus ob id paſſus eſt, triplum præſtare cogitur: in quo tamen ineſt ipſius damni perſequutio.

Tripli uerò agimus cùm quidam maiorem uera æſtimatione † quantitatem in libello conuentionis

† ueræ æſtimationis

uentionis inſerunt,ut ex hac cauſa uiatores, id eſt executores litium,ampliorem ſummam ſportularum nomine exigerent. † tunc enim id, quod propter eorum cauſam damnum paſſus fuerit reus,in triplum ab actore conſequetur:ut in hoc triplo etiam ſimplum, in quo damnum paſſus eſt,connumeretur. Quod noſtra conſtitutio introduxit,quæ in noſtro Codice fulget,quã †procul dubio certũ eſt ex lege condictia†emanare. Quadrupli autem agitur,ueluti furti manifeſti,item de eo,quod metus cauſa factum ſit, deq; ea pecunia,quæ in hoc data ſit,ut is cui datur,calumniæ cauſa, negotium alicui faceret, uel non faceret.

Alc. li.3. Diſp. ca. 17.

† exegerint

† ex qua

† legẽ con dictitiã

* Adnota, Executorem maiores iuſto extorquentem ſportulas, earum quadruplum reſtituere debere.tex.hic in auth.vt litig.iurent.§ & hoc quoque.

Item ex lege condictia noſtra conſtitutio oritur,in quadruplum condemnationem imponens ijs executoribus litium, qui contra noſtræ conſtitutionis normam à reis quicquam exegerint.

ARGVM.

Furti actio, & ſerui corrupti, earum origine ſemper pœnales ſunt, actio verò legis Aquiliæ depoſiti in quatuor caſibus, & quæ pro legatis locis venerabilibus factis competit,ex accidenti pœnales fiunt: hoc eſt, uel inficiatione, aut moroſa dilatione,aliàs rei perſecutoriæ ſunt.

Sed furti quidem nec manifeſti actio,& ſerui corrupti,à cæteris, de quibus ſimul locuti ſumus,eo differũt, † quòd hæ actiones omnimodo dupli ſunt,at illæ, id eſt damni iniuriæ, ex lege Aquilia, & interdum depoſiti, inficiatione duplicantur: in confitentem autem in ſimplum dantur.

† differt

dantur. Sed illa, quæ de ijs competit, quæ relicta uenerabilibus locis ſunt, non ſolùm inficiatione duplicatur, ſed etiam ſi diſtulerit relicti ſolutionem uſque quò iuſſu magiſtratuum noſtrorum conueniatur. In confitentem uerò antè quàm iuſſu magiſtratuum conueniatur, ſoluentem, ſimpli redditur.

ARGVM.

Qui illato metu quicquam ab altero extorſerit, ſi illud iubente iudice reſtituat metũ paſſo, pœnam quadrupli euitat, quam non parẽdo incurriſſet: & in hoc à cæteris quæ in quadruplum dantur, differt quod metus cauſa actio.

Item actio de eo quod metus cauſa factum ſit, à cæteris, de quibus ſimul locuti ſumus, eo differt, quod eius natura tacitè continetur, ut qui iudicis iuſſu ipſam rem actori reſtituat, abſoluatur. quod in cæteris caſibus non eſt ita: ſed omnimodo quiſque in quadruplum condemnatur: quod eſt, & in furti manifeſti actione.

VRGVM.

Accipe quintam actionum ſectionem: & quãcunque hic enumeratam non inueneris, ſtricti iuris eam iudicato.

Actionum autem quædam bonæ fidei ſunt, quædam ſtricti iuris. Bonæ fidei ſunt hæ: ex empto, uendito, locato, conducto. negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, præſcriptis uerbis, quæ de æſtimato proponitur, & ea quæ ex permutatione competit, & hæreditatis petitio. Quamuis enim uſque adhuc incertum erat inter bonæ fidei iudicia cõnumeranda hæreditatis petitio eſſet, an non, noſtra tamen conſtitutio apertè eam eſſe bonæ fidei diſpoſuit.*

*l. ſi. C. de pet. hær.

Argum.

ARGVM.

Rei vxoriæ actione ſublata, hodie dotis exigendæ vel recuperandæ cauſa, ex ſtipulatu actio competit:quæ illius in locum ſubrogata, & bonæ fidei eſt, & tacitæ hypothecæ priuilegio ſuffulta:vſque adeo,ut in ea mulier reliquis creditoribus ſimili hypotheca nitentibus,lõgo interuallo præferatur.

*Fuerat antea & rei uxoriæ actio una ex bonæ fidei iudicijs::ſed cùm pleniorem eſſe ex ſtipulatu actionem inuenientes, omne ius, quod res uxoria anteà habebat,cum multis diuiſionibus in actionem ex ſtipulatu,quæ de dotibus exigendis proponitur,tranſtulerimus:*merito rei uxoriæ actione ſublata ex ſtipulatu actio, quæ pro ea introducta eſt, naturam bonæ fidei iudicij tãtum in exactione dotis meruit,ut bonæ fidei ſit. Sed & tacitam ei dedimus hypothecam. Præferri autem alijs creditoribus in hypothecis tũc cenſuimus,cùm ipſa mulier de dote ſua experiatur,cuius ſolius prouidentia hoc induximus.*

*l. vnica. C.de rei vxo. act.

ARGVM.

Quæ olim inter bonæ fidei iudicia & ſtricti iuris circa compenſationes fiebat differẽtia(vt ſcilicet in illis ipſo iure,in his oppoſita doli exceptione fieret compenſatio)hodie ſublata eſt: hoc igitur iure utimur,vt quibuſcunque actionibus obiiciatur compenſatio,illas ſtatim iure ipſo aut perimit, aut minuit: deme depoſiti actionem, quæ nulla compenſationis exceptione tollitur.

In bonæ fidei iudicijs libera poteſtas permitti uidetur iudici ex bono, & æquo æſtimandi, quantum actori reſtitui debeat. In quo & illud continetur,ut ſi quid inuicem praſtare actorem oporteat : eo compenſato, in reliquum is, cum quo actum eſt,debeat condemnari Sed & in ſtricti iuris iudicijs ex reſcripto diui Marci,

oppoſita

oppoſita doli mali exceptione compenſatio indu *l.ſi.C.de compēſ. *cebatur. Sed noſtra conſtitutio*eaſdem compen ſationes, quæ iure aperto nituntur, latius introduxit, ut actiones ipſo iure minuant, ſiue in rem ſiue in perſonam, ſiue alias quaſcunque: excepta ſola depoſiti actioné, cui aliquid compenſationis nomine, opponi, ſanè iniquum† eſſe credimus: ne ſub prætextu compēſationis, depoſitarum rerum quis exactione defraudetur.* †ſatis impium

ARGVM.

Arbitrarias actiones eas cognominamus, quæ à mero iudicis arbitrio pendent: in quibus ſi, iubente iudice, reus non reſtituat rem, ſoluat, vel exhibeat, poteſt iudex ipſum quãtum intereſſe parti perpenderit, pro arbitrio condemnare: illud tamen pro uiribus curet ius dicens, vt in his, aliiſq; omnibus actionibus certam ferat ſententiam etiam ſi petitio incerta ſit.

*vide. F. Duarenũ I.l.ĩactionibus D. de in lit. iur. *Præterea quaſdam actiones arbitrarias,*id eſt, ex arbitrio iudicis pendentes appellamus: in quibus, niſi arbitrio iudicis is, cum quo agitur, actori ſatisfaciat: ueluti rem reſtituat uel exhibeat, uel ſoluat, uel ex noxali cauſa ſeruũm dedat, condemnari debeat. Sed iſtæ actiones, tam in rem, quàm in perſonam inueniuntur. In rẽ: ueluti Publiciana, Seruiana de rebus coloni, quaſi Seruiana, quæ etiam hypothecaria uocatur. In perſonam: ueluti quibus de eo agitur, quod vi aut metus cauſa, aut dolo malo factum eſt. Item cùm id quod certo loco promiſſum eſt, petitur. Ad exhibendum quoque actio ex arbitrio iudicis pendet. In his enim actionibus & cæteris ſimilibus permittitur iudici ex bono, & æquo ſecundũ cuiuſque rei de qua actum eſt, naturam æſtimare: quemadmodum actori ſatisfieri oporteat. Curare autẽ debet iudex, ut omnino † quan-*

no† quantum poſsibile ei ſit, certæ pecuniæ uel rei ſententiam ferat: etiam ſi de incerta quantitate apud eum actum eſt. †omnimo do

ARGVM.

Quiſquis olim re. loco, tẽpore, aut cauſa pluſ quàm ſibi debebatur petiiſſet, totam rẽ amittebat ſed Diui Iuſtiniani conſtitutione cautum eſt, ut qui loco, quantitate, aut cauſa, plus iuſto petierit, atq; ex hoc damni aliquid aduerſario inferatur, eius damni triplum reſtituat: ſi autẽ ante tempus ſolutionis litem moneat, inducias quas ex conuentione debitori dederit, vel quę ex natura actionis indulgentur, in duplum habeat debitor.

Si quis agens intentione ſua plus complexus fuerit, quàm ad eum pertineat, cauſa cadebat, id eſt, rem amittebat: nec facilè in integrum reſtituebatur à Pratore, *niſi minor erat uigintiquinque annis.* Huic *enim, ſicut in alijs cauſis, cauſa cognita ſuccurrebatur, ſi lapſus iuuentute fuerat ita & in hac cauſa ſuccurri ſolitũ erat. Sanè ſi tam magna cauſa iuſti erroris interueniebat, ut etiam conſtantiſsimus quiſque labi poſſet, etiam maiori uigintiquinque annis ſuccurrebatur. ueluti ſi quis totũ legatum petierit: poſt deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta ſit, aut quibuſdam alijs legata data ſint, quæ efficiebant, ut plus petijſſe uideretur petitor, quàm dodrantem, atque ideo lege* Falcidia *legata minuebantur.* Plus* *autem quatuor modis petitur: re, tẽpore, loco, & cauſa.* Re: *ueluti ſi quis pro decẽ aureis, qui ei debebantur, uiginti petierit: aut ſi is, cuius ex parte res eſt, totam eam, uel maiorem partem ſuam eſſe intenderit.* Tempore: *ueluti ſi quis ante diẽ, uel ante conditionẽ petierit. Qua enim ratione qui*

* vide. I. Paul. lib. 1. Sentẽ. tit. 10. & l. 1. C. de pluspetit

N *tardius*

tardiùs ſoluit, quàm ſoluere deberet, minus ſol-uere intelligitur: eadem ratione qui præmaturè petit, plus petere uidetur. Loco plus petitur: ueluti cùm quis id, quod certo loco ſibi dari ſtipulatus eſt, alio loco petit, ſine commemoratione illius loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt uerbi gratia, ſi is, qui ita ſtipulatus fuerit, Epheſi dare ſpondes? *Romæ purè intendat ſibi dare oportere. Ideo autem plus petere intelligitur: quia utilitatem, quam haberet* † *promiſſor, ſi Epheſi ſolueret, adimit ei pura intentione.* Pro-*pter quam cauſam alio loco** *petenti arbitraria actio proponitur: in qua ſcilicet ratio habetur utilitatis, quæ promiſſori competitura fuiſſet, ſi illo loco ſolueret, quo ſe ſoluturum ſpopondit. Quæ utilitas plerũque in mercibus maxima inuenitur: ueluti uino, oleo, frumento: quæ per ſingulas regiones diuerſa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus ſub eiſdem uſuris fœnerantur. Si quis tamen* E-*pheſi petat, id eſt, eo loco petat, quo ut ſibi detur, ſtipulatus eſt: pura actione* † *rectè agit. Idque etiam* Prætor *monſtrat, ſcilicet quia utilitas ſoluendi ſalua eſt promiſſori.* Huic *autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus eſt is, qui cauſa plus petit. ut ecce, ſi quis ita à te ſtipuletur,* Hominem Stichum aut decem aureos dare ſpondes? *deinde alterum*† *petat, ueluti hominem tantùm, aut decem aureos tantùm. Ideò autem plus petere intelligitur, quia in eo genere ſtipulationis promiſſoris eſt electio, utrùm pecuniam, an hominem ſoluere malit. Qui igitur pecuniam tantùm, uel hominem tantùm ſibi dari oportere intendit, eripit electionem aduerſario: et eo modo ſuam quidem condi-*

tionem

[Margin notes: † *habuit* — * vide hic tit. D. de eo, quod cert. loco — † *intẽtione* — † *alterutrum*]

*tionem meliorem facit, aduerſarij uerò ſui deteriorem. Qua de cauſa talis in ea re prodita eſt actio, ut quis intendat hominem Stichũ, aut aureos decem ſibi dare oportere, id eſt, ut eodem modo peteret, quo ſtipulatus eſt. Præterea ſi quis generaliter hominem ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Stichum petat: aut generaliter uinum ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Campanũ petat: aut generaliter purpuram ſtipulatus ſit, deinde ſpecialiter Tyriam*petat: plus petere intelligitur quia electionem aduerſario tollit, cui ſtipulationis iure liberũ fuit, aliud ſoluere, quàm quod peteretur. Quinetiam licet uiliſſimum ſit, quod quis petat, nihilominus plus petere intelligitur: quia ſæpe accidit, ut promiſſori facilius ſit illud ſoluere, quod maioris pretij eſt. Sed hæc quidem antea in uſu fuerant: poſtea uerò lex Zenoniana & noſtra rem coarctauit. Et ſi quidem tempore plus fuerit petitũ, quid ſtatui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ loquitur conſtitutio. Sin autem quantitate: uel alio modo plus fuerit petitum: in omne, ſi quod fortè damnum ex hac cauſa acciderit, ei, contra quem plus petitum fuerit, commiſſa tripli condemnatione (ſicut ſuprà * diximus) puniatur.*

*vide Io. Coraſiũ hic.

* hoc tit. §. tripli.

ARGVM.

Qui minus quàm ſibi deberetur, iudiciali libello petierit, nihil prohibet, quin coram eodẽ iudice quod reliqui eſt petere poſſit: idem quoque iuris eſt in eo, qui errans aliud pro alio ſibi deberi intenderit, cui etiam in eadem inſtãtia errorem corrigere conceditur.

Si minus intentione ſua complexus fuerit actor, quàm ad eum pertineat, ueluti ſi cùm ei decem aurei deberentur, quinque ſibi dari oportere intẽderit: aut ſi cùm totus fundus eius eſſet,

partem dimidiã ſuam eſſe petierit: ſine periculo agit. in reliquum enim nihilominus iudex aduerſarium eodem iudicio ei condemnat, ex cõſtitutione diuæ memoriæ Zenonis. Si quis aliud pro alio intẽderit, nihil eum periclitari placet, ſed in eodem iudicio, cognita ueritate, errorem ſuum corrigere ei permittitur: ueluti ſi is, qui hominẽ Stichum petere deberet, Erotem *petierit, aut ſi quis ex teſtamento dari ſibi oportere intenderit, quod ex ſtipulatu debetur.*

ARGVM.

Adeſt ſexta, huiuſq; tractatus nouiſſima actionum diuiſio, ut quædam ſint ſolidi perſequutorię, quędam verò quibus non ſemper ſolidum conſequimur: quarum aliquot exempla uſque ad tituli metas ſubiiciuntur.

*Sunt præterea quædam actiones, quibus non ſemper ſolidum, quod nobis debetur, perſequimur: ſed modò ſolidum perſequimur, modò minus. ut ecce, ſi in peculium filij ſeruiue agamus. Nam ſi non minus in peculio ſit, quàm perſequimur: in ſolidum dominus paterve condemnatur. ſi uerò minus inueniatur: eatenus condemnat iudex, quatenus in peculio ſit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, ſuo ordine preponemus.**

*infr. tit. 1. §. cum autem. * Adnota, Maritum, dotis reſtituendæ nomine conuentum, non ultra quàm facere poſſit condemnandum. l. maritum. D. ſoluto mat. uide tamen P. Prateium li. 1. Med. Iuriſpru.

Item ſi de dote in iudicio mulier agat, placet eatenus maritum condemnari debere, quatenus facere poſſit, id eſt, quatenus facultates eius patiuntur. Itaque ſi dotis quantitati concurrant facultates

*cultates eius: in ſolidum damnatur: ſi minus, in tantum, quantum facere poteſt. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur. Nã ob impẽſas in res dotales factas *, marito quaſi retẽtio cõceſſa eſt: quia ipſo iure neceſſarijs ſumptibus dos minuitur, ſicut ex latioribus Digeſtorũ libris cognoſcere licet. Sed & ſi quis cum parente ſuo patronove agat: item ſi ſocius cum ſocio, iudicio ſocietatis agat: non plus actor conſequitur, quàm aduerſarius eius facere poteſt. Idem eſt ſi quis ex donatione ſua conueniatur.* *vide ti. D. d̃ imp. ĩ re. dot. fac.

ARGVM.

Compẽſationis exceptio obiecta petitioni, efficit vt vltro citroq; debito compenſato, in eo iudex reum petiori condemnet, quod reliquum tantùm debet.

Compenſationes quoque oppoſitæ plerunque efficiunt, ut minus quiſque conſequatur, quàm ei debeatur.† Nam ex bono & æquo habita ratione eius, quod inuicem actorem ex eadem cauſa præſtare oportet, in reliquum eum, cum quo actum eſt, condemnat, ſicut iam dictum eſt. † ἀπαιτεῖν πεῖραται

Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur.

TITVL. VII.

ARGVM.

Qui bonis ceſſit, quamuis poſtea pinguior arriſerit fortuna, non tamen ulterius quam facere poteſt, conueniendus eſt.

CVm eo quoque qui creditoribus ſuis bonis ceſſit, ſi poſteà aliquid adquiſierit, quod idoneum emolumentũ habeat, ex integro in id, quod facere poteſt, creditores expe-

tem inſtitoria appellarur, quia qui negotiationibus præponuntur, inſtitores uocantur. Iſtas tamen duas actiones Prætor *reddit, & ſi liberum quis hominem, aut alienum ſeruum naui; aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præpoſuerit: ſcilicet, quia eadem æquitatis ratio etiam eo caſu interueniat* †. †*interueniebat.*

ARGVM.

Si ſeruus in peculiari merce ſciente domino negotians, ex contractu quibuſdam creditoribus obnoxius fiat, tūc ſi quid inde etiam domino debeatur, inter eum cæteroſque creditores merces peculiares ſecundùm ratam cuiuſquè portionem inuicem contribuuntur: quòd ſi cui creditorum minus quàm oporteat contigerit, actione) quæ tributoria dicitur) aduerſus dominum experitur.

Introduxit & aliam actionem Prætor, *quæ tributoria uocatur.* Nanq; *ſi ſeruus in peculiari merce ſciente domino negotietur, & quid cū eo eius rei cauſa contractū erit: ita* Prætor *ius dicit, ut quicquid in his mercibus erit, quodq; inde receptū erit, id inter dominum, ſi quid ei debebitur,* † *& cæteros creditores, pro rata portione diſtribuatur, & ideo tributoria uocatur, quia ipſi domino diſtributionem* Prætor *permittit. Nam ſi quis ex creditoribus quæratur quaſi minus ei tributum ſit, quàm oportuerit, hanc ei actionem adcommodat, quæ tributoria appellatur.* †*debetur*

ARGVM.

Quod ex contractu ſerui (etiā inſcio domino inito) in domini vtilitatem verſum eſt, id ſolidum ſoluere cogitur: in rem autem uerſum intelligimus, ſi quid ſeruus impenderit, quo meliorem rē dominus habeat: aut non deteriorē ut exemplis aperitur. Quod ſi uerſum non fuit eatenus tantum tenetur dominus, quatenus vires peculii ſeſe extendunt.

* vide ti. D. de in rē uerſ.

Præterea introducta eſt actio de peculio, deq; eo, quod in rem domini uerſum erit. ut quāuis ſine uoluntate domini negotium geſtum erit: tamen ſiue quid in rem eius uerſum fuerit, id totum præſtare debeat: ſiue quid non ſit in rem eius uerſum, id eatenus præſtare debeat, quatenus peculium patitur. In rem autem domini uerſum intelligitur, quicquid neceſſariò in rem eius impenderit ſeruus: ueluti ſi mutuatus pecuniam creditoribus eius ſoluerit, aut ædificia ruētia fulſerit, aut familiæ frumentnm emerit, uel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem neceſſariam mercatus erit. Itaque ſi ex decem puta aureis, quos ſeruus tuus à Titio mutuo accepit, creditori tuo quinq; aureos ſoluerit, reliquos uerò quinque quolibet modo conſumpſerit, pro quinq; quidem in ſolidum damnari debes: pro cæteris uerò quinque eatenus, quatenus in peculio ſit. Ex quo ſcilicet apparet: ſi toti decē aurei in rē tuā uerſi fuerint, totos decē aureos Titium conſequi poſſe. Licet enim una eſt actio, qua de peculio, deque eo, quod in rem domini uerſum ſit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaque iudex, apud quem de ea actione agitur, antè diſpicere ſolet, an in rem domini uerſum ſit nec aliter ad peculij æſtimationem tranſit, quā aut nihil in rē domini uerſum intelligatur: aut non totum. Cùm autem quæritur, quantum in peculio ſit, ante, quàm deducitur, quicquid ſeruus domino, eive qui in poteſtate eius ſit, debet: et quod ſupereſt: id ſolum peculium intelligitur. Aliquando tamen id, quod ei debet ſeruus, qui in poteſtate domini ſit, nō deducitur ex peculio: ueluti ſi is in ipſius peculio ſit. quod eo pertinet, ut ſi qnid uicario ſuo ſeruus debeat, id ex peculio*

lio eius non deducatur. Cæterùm dubiũ non eſt, quin is, quoque, qui iuſſu domini contraxerit, cuique inſtitoria uel exercitoria actio competit: de peculio, deque eo, quod in rem domini uerſum eſt, agere poſsit. Sed erit ſtultiſsimus, ſi omiſſa actione, qua facillimè ſolidum ex contractu conſequi poſsit: ſe ad difficultatem perducat probandi in rem domini uerſum eſſe, uel habere ſeruum peculium, & tantum habere, ut ſolidum ſibi ſolui poſsit.

ARGVM.

Hæc inter actionem de peculio, & tributoriam ineſt differentia, quòd in priori quod domino debetur ante omnia deducitur: in poſteriori verò, dominus tanquam extraneus cum cæteris creditoribus in tributum uocatur. itẽ in illa totius peculii ratio habetur: in hac, eius tantùm in quo negotiatus eſt ſeruus. Quo fit, ut quandoque vna, quandoque altera experiri expediat.

Is quoque, cui tributoria actio cõpetit, æquè de peculio, & de in rem uerſo agere poteſt. Sed ſanè huic modò tributoria expedit agere, modò de peculio, & de in rem uerſo. Tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini conditio præcipua non eſt, id eſt, quod domino debetur, non deducitur, ſed eiuſdem iuris eſt dominus, cuius & cæteri creditores. At in actione de peculio antè deducitur, quod domino debetur: & in id, quod reliquum eſt, creditori dominus condemnatur. Rurſus de peculio ideo expedit agere, quòd in hac actione totius peculij ratio habetur: an in tributoria, eius tantùm, quo negotiatur. Et poteſt quiſque tertia fortè parte peculij, aut quarta, uel etiam minima negotiari: maiorem autẽ partem in prædijs, uel † mancipijs, aut fœnebri † &

N 5 *pecunia*

pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quiſque uel hanc actionem, uel illam eligere debet. Certè qui poteſt probare in rem domini uerſum eſſe, de in rem uerſo agere debet. Quæ diximus de ſeruo & domino, eadem intelligimus & de filio & filia, & † nepote, & nepte, & patre auove, cuius † in poteſtate ſunt.

† *aut*
† *quorum*

ARGVM.

Qui filiofamilias in patria poteſtate cõſtituto mutuam dederit pecuniã, is neq; in patrem neq; in filium (etiam poſtquam ſui iuris effectus eſt) ullam habet actionem ſenatuſconſulto Macedoniano ita conſtituente.

† *obſeruatur*
*Vide ti. ad S. C. Mace. D. & C.
† *dare*
† *erunt;*

Illud propriè ſeruatur † in eorum perſona, quod ſenatuſconſultum Macedonianum prohibuit mutuas pecunias dari † eis, qui in poteſtate parentis ſunt †: & ei qui crediderit, denegatur actio tam aduerſus ipſum filium filiamve, nepotem neptemve (ſiue adhuc in poteſtate ſint, ſiue morte parentis, uel emancipatione, ſuæ poteſtatis eſſe cœperint) quàm aduerſus patrẽ, auumve. ſiue eos habeat adhuc in poteſtate, ſiue emancipauerit. Quæ ideo ſenatus proſpexit, quia ſæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant, uitæ parentum inſidiabantur. Illud in ſumma admonendi ſumus, id, quod iuſſu patris dominive contractum fuerit, quodque in rem eius uerſum erit: directo quoque poſſe à patre dominove condici, tanquam ſi principaliter cum ipſo negotium geſtum eſſet. Ei quoque, qui exercitoria uel inſtitoria actione tenetur, directò poſſe condici placet: quia huius quoque iuſſu contractum intelligitur.*

De noxalibus actionibus.

TITVLVS. VIII.

ARGVM.

Quoties alienus ſeruus noxam,ſeu damnum cuipiam intulerit,actio noxalis aduerſus dominum inſtituitur qua ſi cõdemnatus fuerit, ei licet aut damnum ſoluere, aut ipſius ſerui datione, damni uitare æſtimationem is tamen, cui noxæ deditus eſt,quamuis dominus ſerui ſit effectus, eum tamen poſtea damnum reſarcientem,manumittere cogitur.

EX *maleficijs ſeruorum:ueluti* ſi furtum fecerint,aut bona rapuerint,aut damnũ dederint,aut iniuriam cõmiſerint, noxales actiones proditæ ſunt,quibus domino dãnato permittitur,aut litis æſtimationem ſufferre,aut ipſum hominem noxæ dedere. Noxa autẽ eſt ipſum corpus,quod nocuit,id eſt, ſeruus: noxia ipſum maleficium,ueluti furtum,damnũ,rapina, iniuria. Summa autem ratione permiſſum eſt noxæ deditione fungi* †. *Nanque erat iniquum, nequitiam eorum ultra ipſorum corpora dominis damnoſam eſſe. Dominus noxali iudicio ſerui ſui nomine conuentus,ſeruũ actori noxæ dedendo liberatur: nec minus in perpetuum eius ſerui dominium à domino transfertur. Sin autem damnum ei, cui deditus eſt, ſeruus reſarcierit quæſita pecunia: auxilio Pretoris inuito domino manumittetur. Sunt* autem conſtitutæ noxales actiones,aut legibus aut edicto prætoris. Legibus: ueluti furti ex lege duodecim tabularum, * damni iniuriæ ex lege Aquilia. Edicto Prætoris: ueluti iniuriarum,& ui bonorum raptorum.*

*l. 1. & toto tit. D. de noxal.

†defungi

Aug. lib. 4. cap. 4.

*l. 2. D. e.

* Adnotato, Noxalem actionem ſequi caput,quod noxam dedit, id eſt, dari ad

uerſum quoſcunque ſerui poſſeſsores, tametſi adhuc liber eſset, cùm deliquit. l. 11. 12. 13. D. de noxal.

Omnis autem noxalis actio caput ſequitur. Nam ſi ſeruus tuus noxam cõmiſerit: quandiu in tua poteſtate ſit, tecum eſt actio. Si autem in alterius poteſtatem peruenerit, cum illo incipit actio eſſe. At ſi manumiſſus fuerit, directò ipſe tenetur, & extinguitur noxæ deditio. Ex diuerſo quoque directa actio noxalis eſſe incipit. Nam ſi liber homo noxiam commiſerit, et is ſeruus tuus eſſe cœperit (quod quibuſdã caſibus effici primo libro tradidimus) incipit tecum eſſe noxalis actio, quæ ántè directa fuiſſet.*

*ti. de iu. pſ. §. pe.

*Adnotato, Quoties ab initio actionis ortus impeditur, quanquam res ad eum caſum perueniat, in quo naſci actio poſſet, nihilo magis ſuſcitatur uel oritur actio. è diuerſo autem, quæ ſemel nata eſt obligatio, ſi in eum caſum res perducatur, à quo initium capere non poſset, euaneſcit.

Si ſeruus domino noxiã cõmiſerit: actio nulla naſcitur, Nanque inter dominũ & eum, qui in poteſtate eius eſt, nulla obligatio naſci poteſt. Ideoque & ſi in alienam poteſtatem ſeruus peruenerit, aut manumiſſus fuerit: neque cum ipſo, neque cum eo, cuius nunc in poteſtate ſit, agi poteſt. Vnde ſi alienus ſeruus noxiam tibi commiſerit, & is poſtea in poteſtate tua eſſe cœperit, interdicitur† actio: quia in eum caſum deducta ſit, in quo conſiſtere non potuit. Ideoque licet exierit de tua poteſtate, agere non potes: quemadmodum ſi dominus in ſeruum ſuum aliquid commiſerit, nec ſi manumiſſus aut aliena

†intercidit.

tus

tus fuerit ſeruus, ullam actionem contra dominum habere poteſt.

ARGVM.

Veteri iure filiifamilias noxiam inferentes, non ſecus atq; ſerui, noxæ debebantur: quod, vtpote aſperum, & inhumanum hoc iure exauthoratum fuit, cùm filiusfamilias qui deliquit, ipſe conueniri poſsit.

Sed ueteres quidem hoc in filijs† familiarum maſculis, & fœminis admiſere. noua autem hominum conuerſatio huiuſmodi aſperitatem recte reſpuendam eſſe exiſtimauit, & ab uſu communi hoc penitus receßit. Quis enim patiatur filium ſuum, & maximè filiam, in noxam alij dari: ut pene per filij corpus pater magis, quam filius periclitetur? cùm in filiabus, etiam pudicitiæ fauor hoc bene excludat. Et ideo placuit in *ſeruos tantummodò noxales actiones eſſe proponendas: cùm apud ueteres legum commẽtatores inuenerimus ſæpius dictum, ipſos filiosfamiliarum pro ſuis delictis poſſe conueniri.* † *familiàs*

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

TIT. IX.

ARGVM.

Quoties quadrupes contra innatam ſui generis conſuetudinem commota, feritate, laſcinia, vel alio quouis modo damnũ ĩtulerit, actio noxalis aduerſum quadrupedis dominum adcommodatur, ut aut damni æſtimationem ſoluat, aut animal noxæ dedat.

A*Nimalium nomine.* **quæ ratione carent, ſi qua laſciuia, aut pauore*†, *aut feritate pauperiẽ fecerint: noxalis actio lege duodecim tabularũ prodita eſt. Quæ animalia ſi noxæ dedãtur proficiunt reo ad liberationẽ: quia* Aug. li. 11 cap. 11. † *feruore*

ita

ita lex duodecim tabularum ſcripta eſt: utputa Si æquus* calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus, cornu petierit. H*æc aũt actio in ijs, quæ contra naturam mouentur, locum habet. Cæterùm ſi genitalis ſit feritas, ceſſat actio. Denique ſi urſus fugerit à domino, & ſic nocuerit, non poteſt quondam dominus conueniri: quia deſijt dominus eſſe, ubi fera euaſit. Pauperies autem eſt damnum ſine iniuria facientis datum. Nec enim poteſt animal iniuriam feciſſe dici, quod ſenſu caret. Hæc quidẽ ad noxalem pertinent actionẽ.*

*Vid. Prateiũ lib. 4. ver. Iuriſp. l. 23.

*Adnota, Quoties plures pœnales actiones pro eodem facto competunt, concurſu inuicem nequaquam ſe perimunt. l. penul. D. de oblig. & action. & l. 2. D. de priuat. delict.

[1] *Cæterùm eſt ſciendũ eſt, ædilitio edicto prohiberi nos canem* uerrem, aprum, urſum, leonem ibi habere, quà uulgò iter ſit. & ſi aduerſus ea factum erit, & nocitum libero homini eſſe dicatur: quod bonum, & æquum iudici uidetur, tanti dominus condemnetur, cæterarum uerò rerũ, quanti damnum datum ſit, dupli. Prætor has autem ædilitias actiones, & de pauperie locum habebit. Nunquam enim, actiones, præſertim pœnales, de eadem re cõcurrentes, alia aliã conſumit.*

*l. hi enĩ & l. qua vulgò D. de ædil. edict.

De ijs, per quos agere poſſumus.

TITVL. X.

N*Vnc admonẽdi ſumus agere poſſe quẽlibet hominem, aut ſuo nomine, aut alieno. Alieno, ueluti procuratorio, tutorio, cura*

torio: cùm olim in uſu fuiſſet, alterius nomine agere non poſſe, niſi pro populo, pro libertate, pro tutela. Præterea lege Hoſtilia* *permiſſum erat furti agere eorum nomine, qui apud hoſtes eſſent, aut reipublicæ cauſa abeſſent, quive in eorum cuius tutela eſſent. Sed† quia hoc non minimam incommoditatem habebat: quod alieno nomine, neque agere, neque excipere actionem licebat, cœperunt homines pro procuratores litigare. Nam & morbus, & ætas, & neceſſaria peregrinatio, itemq; aliæ multæ cauſæ ſæpe hominibus impedimento ſunt, quo minus rem ſuam ipſi exequi poßint. Procurator neque certis uerbis, neque præſente ſemper aduerſario, imò plerunque eo ignorante conſtituitur. Cuicunque enim permiſeris rem tuam agere, aut defendere, is tuus procurator intelligitur. Tutores & curatores quemadmodum conſtituantur, primo libro expoſitum eſt.*

* lata C. Hoſtilio & C. Attilio Coſſ.

† et quia

De ſatiſdationibus.

TIT. XXI.

ARGVM.

Antiquo iure, quiſquis in rem vel in perſonā ſuo nomine agebat, ſatiſdare non adſtringebatur: alieno autem nomine agens, rem ratam dominum habiturum præſtare debebat. Cæterū reus in rem actione conuentus, ſiue ſuo, ſiue alieno nomine iudicium ſuſciperet, ſatiſdationis iudicatum ſolui, onere grauabatur, perſonali verò actione impetitus, ita demum, ſi alieno nomine defendebatur.

SAtiſdationum modus alius antiquitati placuit, alium nouitas per uſum amplexa eſt. Olim enim ſi in rē agebatur, ſatiſdare poſſeſſor compellebatur: ut ſi uictus eſſet: nec rem ipſam reſtitueret, nec litis æſtimationem: poteſtas.

ſtas eſſet petitori, aut cum eo agendi, aut cum fideiuſſoribus eius, quæ ſatiſdatio appellatur, Iudicatum ſolui. *Vnde autem ſic appelletur, facile eſt intelligere. Nãque ſtipulabatur quis, ut ſolueretur ſibi, quod fuiſſet iudicatum. Multò magis is, qui in rem actione conueniebatur, ſatiſdare cogebatur, ſi alieno nomine iudicium accipiebat. Ipſe autem, qui in rem agebat, ſi ſuo nomine petebat, ſatiſdare non cogebatur. Procurator uerò ſi in rem agebat, ſatiſdare iubebatur, rem ratam dominum habiturum. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadẽ re experiretur. Tutores uerò & curatores eodem modo, quo & procuratores ſatiſdare debere, uerba edicti*faciebant: ſed aliquando his agentibus ſatiſdatio remittebatur. Hæc ita erant, ſi in rem agebatur. Si uerò in perſonam, ab actoris quidem parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione, quæ in rem agitur: ab eius uerò parte, cùm quo agitur, ſi quidem alieno nomine aliquis interueniret: omnimodo ſatiſdaret: quia nemo defenſor in aliena re ſine ſatiſdatione idoneus eſſe creditur. Quòd ſi proprio nomine aliquis iudicium accipiebat in perſonam:* Iudicatum ſolui *ſatiſdare cogebatur.*

*Vlpia. l. ſeruũ. §. ait ꝑtor. D. de ꝓcurat.

ARGVM.

Supraſcriptis ſatiſdationibus exauthoratis, hodie reus quauis actione ſuo nomine conuentus, de lite ad finem uſque proſequenda quandoque ſatiſdatione idonea, quandoque iuratoria cautione cauere debet.

Sed hodie hæc aliter obſeruantur. Siue enim quis in rem actione conuenitur, ſiue perſonali†ſuo nomine, nullam ſatiſdationem pro litis æſtimatione

†In perſonam –

æſtimatione dare compellitur, ſed pro ſua tantùm perſona, quòd in iudicio permaneat†*uſque ad terminum litis, uel committitur ſuæ promiſſioni cum iureiurando (quam iuratoriam cautionem uocant) uel nudam promiſſionem, uel ſatiſdationem pro qualitate perſonæ ſuæ dare compellitur.* †*permanebit*

ARGVM.

Toties actoris procurator rati cautionē præſtare debet, quoties de mandato dubitatur: qđ etiam in procuratore eorum locum ſibi uendicat, qui alienarum rerum adminiſtratores ſunt. rei autem conuenti procurator (etiam mandato munitus) iudicatum ſolui ſatiſdare debet: à quo ſatiſdandi onere releuatur, domino iudicialiter, vel extra, eius nomine cum clauſulis opportunis, & bonorum hypotheca, de iudicato ſoluendo fideiubente.

Sin autem per procuratorem lis, uel infertur, uel ſuſcipitur, in actoris quidem perſona, ſi non† *mandatum actis inſinuatum eſt, uel præſens dominus litis in iudicio procuratoris ſui perſonam confirmauerit, ratam rem dominum habiturum ſatiſdationem procurator dare compelli tur: eodem obſeruando, & ſi tutor, uel curator, uel aliæ tales perſonæ, quæ alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibuſdam per alium inferunt. Si uerò aliquis conuenitur, ſi quidem præſens, procuratorem dare paratus eſt, poteſt uel ipſe in iudicium uenire, & ſui procuratoris perſonam per* Iudicatum ſolui *ſatiſdationem ſolemni ſtipulatione firmare: uel extra iudicium ſatiſdationem exponere per quam ipſe ſui procuratoris fideiuſſor exiſtat pro omnibus* Iudicatum ſolui *ſatiſdationis clauſulis, ubi & de hypotheca ſuarum rerum conuenire compellitur: ſiue in iudicio promiſerit,* †*nondum*

rit, ſiue extra iudicium cauerit, ut tam ipſe quàm hæredes eius obligentur.

ARGVM.

Qui (lite à domino conteſtata(procurator conſtitutus eſt, cauere debet, dominum ſentẽtiæ recitandæ tempore in iudicium uenturum alioqui litis æſtimationem ſe præſtiturum.

Alia inſuper cautela, uel ſatiſdatione propter perſonam ipſius exponenda, quòd tempore ſententiæ recitandæ in iudiciũ ueniet, uel ſi non uenerit, omnia dabit fideiuſſor, quæ in condemnatione continentur, niſi fuerit prouocatum.

ARGVM.

Quiſquis abſentis defenſionem ſubire vult, eum iudicatũ ſolui ſatiſdare operępretium eſt.

Si uerò reus præſto ex quacunque cauſa non fuerit, & alius uelit defenſionem eius ſubire, nulla differentia inter actiones in rem, uel perſonales, introducenda, poteſt hoc facere: ita tamen, ut ſatiſdationem Iudicatum ſolui *pro litis æſtimatione præſtet. Nemo enim ſecundum ueterem regulam (ut iam dictum eſt) alienæ rei ſine ſatiſdatione defenſor idoneus intelligitur. Quæ omnia apertiùs & perfectiùs quotidiano indiciorum uſu in ipſis rerum documẽtis† apparent. Quam formam non ſolùm in hac regia urbe, ſed etiam in omnibus noſtris prouincijs (etſi propter imperitiam fortè aliter celebratur) obtinere cenſemus: quum neceſſe ſit omnes prouincias, caput omnium noſtrarum ciuitatum, id eſt hanc regiam urbem, eiu. q; obſeruanciam ſequi.*

† καὶ πραγμάτων μαθήσεται

De perpetuis, & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes, & in hæredes tranſeunt.

TIT.

TIT. XXII.

ARGVM.

Quæque à iure ciuili inſtitutæ fuerunt actio nes, olim quidem perpetuæ erant: hodie verò certis ſunt finibus limitatæ. Prætoriæ autem ſi pœnales exiſtant, anno perimuntur: dempta furti manifeſti actione. ſin rei perſequutoriæ ſunt, perpetuò dantur.

*HOc loco**admonendi ſumus eas quidem actiones, quæ ex lege, ſenatuſve cõſulto ſiue ex ſacris cõſtitutionibus proficiſcũtur: perpetuò ſolere antiquitus cõpetere, donec ſacræ conſtitutiones, tã in rem, quàm in perſonam actionibus certos fines dederunt.*eas uerò, quæ ex propria Prætoris iuriſdictione pendent, plerunque intra annum uiuere. nam & ipſius Prætoris intra annum erat imperium. Aliquando tamen & in perpetuum extenduntur. id eſt, uſque ad finem conſtitutionibus introductum, quales ſunt eæ quas bonorum poſſeſſori, cæteriſq; qui hæredis loco, ſunt adcommodat. Furti quoque manifeſti actio, quamuis ex ipſius Prætoris iuriſdictione proficiſcatur tamen perpetuo datur. abſurdum enim eſſe exiſtimauit anno eam terminari.*

Aug. lib. 4. cap. 4.

* l. ſicut. & . l. ſeq. C. dt præſc. 30. an.

ARGVM.

Ex maleficiis pœnales actiones, quamuis cõtra hæredes non dentur, hæredibus tamẽ offenſi dantur, excepta actione iniuriarum: actiones autem ex contractu dolo inito aduerſum hæredes (ſi nihil ex eo ad eos peruenerit) minimè competunt. Omnes tamen pœnales actiones, lite conteſtata contra hæredes tranſeunt.

Non autem omnes actiones quæ in aliquem aut ipſo iure competunt, aut à prætore dantur: & in hæredem æquè competunt, aut dari ſolẽt.

*l. pup. §. ĩ hæredẽ. D. de regu. iur.

*Eſt enim certiſſima iuris regula,*ex maleficÿ pœnales actiones in hæredem rei non competere ueluti furti, ui bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriæ. Sed hæredibus huiuſmodi actiones competunt,nec denegantur: excepta iniuriam actione, & ſi qua alia ſimilis inueniatur. Aliquando tamen etiam ex contractu actio contra hæredem competit: ueluti cùm teſtator doloſè uerſatus ſit, & ad hæredem eius nihil ex eo dolo peruenit, Pœnales autem*actiones,quas ſuprà diximus,ſi ab ipſis principalibus perſonis fuerint conteſtatæ:& hæredibus dantur,& contra hæredes tranſeunt.*

*l. 1. C. ex delict. de func.

ARGVM.

Si pendente adhuc iudicio,reus ſatisfecerit, ab obſeruatione iudicii abſoluendus eſt.

*Supereſt, ut admoneamus, quòd ſi ante rem iudicatam is, cum quo actum eſt, ſatisfaciat actori officio iudicis conuenit eum abſoluere licet in ea cauſa fuiſſet iudicÿ accipiendi tempore,ut damnari deberet. & hoc eſt, quod anteà uulgò dicebatur,omnia iudicia abſolutoria cẽ.**

*Vid Teophil. hic.

De exceptionibus.

TIT. XIII.

ARGVM.

Inſtitutæ idcirco fuerũt exceptiones,ut qui ipſo iure obnoxii ſunt,iniquas petitorũ actiones excludant:quod exemplis aperitur.

SEquitur,ut de exceptionibus diſpiciamus. Cõparatæ autẽ ſunt exceptiones defendendorũ eorũ gratia,cum quibus agitur. Sæpe enim accidit,ut licet ipſa perſecutio, qua actor experitur, iuſta ſit, tamen iniqua ſit aduerſus eum,cum quo agitur. Verbi gratia,ſi metu coactus,aut dolo inductus,aut errore lapſus ſtipulanti

lanti

lanti Titio promiſiſti quod nõ debueras promittere, palàm eſt iure ciuili te obligatum eſſe: & actio qua intenditur, dare te oportere, efficax eſt: ſed iniquum eſt te condemnari. Ideoq; *datur tibi exceptio, quod metus cauſa, aut doli mali, aut in factum compoſita ad impugnandum actionem.*

ARGVM.

Qui futuræ numerationis ſpe mutuum rece piſſe ſcriptis faſſus fuit, exceptione non numeratæ pecuniæ tutus eſt.

*Idem*iuris eſt, ſi quis quaſi credendi cauſa pecuniam à te ſtipulatus fuerit, neque numerauerit. Nam eam pecuniam à te petere poſſe eum certum eſt. dare enim te oportet, quum ex ſtipulatione tenearis. Sed quia iniquum eſt, eo nomine te condemnari, placet exceptione pecuniæ non numeratæ te defendi debere, cuius tempora nos (ſecundum quod iam ſuperioribus* libris ſcriptum eſt) conſtitutione noſtra coarctauimus.*

*Vide ti. de nõ nu. pecu. C.

*ſupra & lite. obli. li. 3.

ARGVM.

Si debitori creditor non petere pactus fuerit, ex pacto præcedens obligatio non perimitur: ſed pacti conuenti exceptio aduerſus creditorem agentem paratur.

Præterea debitor, ſi pactus fuerit cum creditore, ne à ſe pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet: quia pacto conuento obligationes non omnino diſſoluuntur: qua de cauſa efficax eſt aduerſus eum actio, quam† actor intendit, ſi apparet eum dare oportere, ſed quia iniquum eſt, contra pactionem eum condemnari, defenditur per exceptionem pacti conuenti.

† quà

Argum.

ARGVM.

Qui iureiurando delato, ſe nihil debere aſſeruit, ipſo iure liberatus non eſt: ſed exceptione iuriſiurandi munitus æquè ſi quis in rem conuentus, rem petitam ſuam eſſe iurauerit, non propterea actor dominus eſſe deſinit, verùm exceptio iuriſiurandi ſibi poſteà vindicanti obſtabit.

*l. nā poſtea. §. dato. D. de iureiur.

†manet

*Aequè*ſi debitor, creditore deferente, iurauerit, nihil ſe dare oportere, adhuc obligatus per manet†ſed quia iniquum eſt de periurio queri: defenditur per exceptionem iuriſiurandi, In ijs quoque actionibus, quibus in rem agitur, æquè neceſſariæ ſunt exceptiones: uelutı ſi petitore deferente poſſeſſor iurauerit eam rem ſuam eſſe, et nihilominus petitor eandem rem uindicet. licet enim uerum ſit, quod intendit, id eſt, rem eius† eſſe. iniquum tamen eſt poſſeſſorem cōdemnari.*

†ſuam

ARGVM.

Abſolutio rei conuenti primæuam obligationem minimè tollit, abſolutio tamen rei iudicatæ exceptionem adquirit.

*Vide ti. D. de excе. rei iudic.

*Item*ſi in iudicio tecum actum fuerit, ſiue in rem, ſiue in perſonam, nihilominus obligatio durat: & ideo ipſo iure de eadem re poſteà aduerſus te agi poteſt, ſed debes per exceptionem rei iudicatæ adiuuari. Hæc exempli cauſa retuliſſe ſufficiat.*

ARGVM.

Hæc eſt prior exceptionum diuiſio, vt quædam ciuiles ſint, quædam prætoriæ.

Alioqui quam ex multıs uarijsq; cauſis exceptiones neceſſariæ ſint: ex latioribus Digeſtorum ſeu Pandectarum libris intelligi poteſt. Quarum quædam ex legibus, uel ex ijs, quæ legis uicem obtinent, uel ex ipſius Prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt.*

*tit. generali. D. dē excep.

Argum.

ARGVM.

Iam adeſt poſterior exceptionum ſectio: ut quædam perpetuæ,& peremptoriæ ſint,quędã temporales & dilatoriæ,perpetuę & peremptoriæ,ſunt quæ & ſemper locum habent, & cauſam principalem perimunt:dilatoriæ verò ſunt quæ ad tempus nocent & actionem in tempus differre ſolent;vt exceptio pacti ne intra certũ tempus petatur,& ſimiles quæ olim ante tempus agenti oppoſitæ,actionem omnino conſumebant:hodie verò duplum induciarum debitori tribuunt: item finito tempore non anteà actor audiẽdus eſt,quã expenſas litis refuderit.

*Appellantur** *autem exceptiones aliæ perpetuæ & peremptoriæ,aliæ temporales & dilatoriæ,Perpetuæ,& peremptoriæ ſunt,quæ ſemper agentibus obſtãt*†*,& ſemper rem, de qua agitur,perimunt:qualis eſt exceptio doli mali,& quod metus cauſa factum eſt, & pacti conuenti,cùm ita conuenerit,ne omnino pecunia peteretur.Temporales atque dilatoriæ ſunt,quæ ad tempus nocent,& temporis dilationem tribuũt qualis eſt pacti conuenti:cùm ita conuenerit,ne intra certum tẽpus ageretur:ueluti intra quinquennium.nam finito eo tempore ,non impeditur actor rem exequi.Ergo ijs quibus intra certum tempus agere uolẽtibus obijcitur exceptio, aut pacti conuenti,aut alia ſimilis ,differre debent actionem,& poſt tempus agere.*Ideò enim *& dilatoriæ iſtæ exceptiones appellantur.*Alio*qui ſi intra tempus egerint , obiectaq; ſit exceptio:neque eo iudicio quicquam conſequebantur , propter exceptionem ,neque poſt tempus olim agere poterãt, cùm temere rẽ in iudicium deducebant,& conſumebant , qua ratione rem amittebant.*Hodie *autẽ non ita ſtrictè hoc procedere uolumus:ſed eum , qui ante tempus pa-*

Ctionis

*l.3.D.de excep.

† locũ habent ter

ctionis uel obligationis litem inferre auſus ſit : Zenoniana conſtitutioni ſubiacere cenſemus, quam ſacratiſsimus legiſlator de ijs, qui tempore plus petierint protulit: & inducias, quas ipſe actor ſponte indulſerit, uel quas natura actionis continet, ſi contempſerit, in duplum habeant ij, qui talem iniuriam paſsi ſint: & poſt eas finitas non aliter litem ſuſcipiāt, niſi omnes expenſas litis anteà acceperint: ut actores tali pœna perterriti, tempora litium doceantur obſeruare. Præterea etiam*ex perſona ſunt dilatoriæ exceptiones, quales ſunt procuratoriæ, ueluti ſi per militem aut mulierem agere quis uelit. Nam militibus nec pro patre, uel matre, uel uxore, nec ex ſacro reſcripto procuratorio nomine experiri conceditur. ſuis uerò negotijs ſuperesse ſine offenſa*militaris diſciplinæ poſſunt.*

*De qua ſupra de actio. §. ſi qs agēs.

* d. l. 3. §. fin.

* l. qui ſtipendium C. de procur.

ARGVM.

Exceptio infamiæ procuratoris quæ antiquitus competebat, hodie tanquam minus frequētatá exauthoratur.

Eas uero exceptiones, quæ olim procuratoribus propter infamiam, uel dantis, uel ipſius procuratoris opponebantur: cùm in iudicijs frequentari nullo modo perſpeximus, conquieſcere ſancimus: ne dum de his altercatur, ipſius negotij diſceptatio proteletur.

De replicationibus.

TIT. XIIII.

ARGVM.

Quemadmodum exceptio actionem excludit ita exceptionem replicatio, & replicationem duplicatio, rurſus triplicatio duplicationem, & deinceps vlteriores defenſiones multiplicatis nominibus, vbi opus fuerit proponi poſſunt.

Interdum

*INterdum euenit, ut exceptio, quæ prima facie iuſta uidetur, tamen inique noceat. quod cùm accidit, alia allegatione opus eſt, adiuuandi actoris gratia, quæ replicatio uocatur, quia per eam replicatur atque reſoluitur * ius exceptionis. ueluti cùm pactus eſt aliquis cum debitore ſuo, ne ab eo pecuniam petat, deinde poſteà in contrarium pacti ſunt, id eſt, ut creditori petere liceat: ſi creditor agat, & excipiat debitor, ut ita demum condemnetur ſi non conuenerit, ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio conuenit enim ita. nanque nihilominus hoc uerum manet, licet poſteà in contrarium pacti ſint. ſed quia iniquum eſt creditorem excludi: replicatio ei dabitur ex poſteriore pacto conuento. Rurſus interdum euenit, ut replicatio, quæ prima facie iuſta eſt, iniquè noceat. quod cùm accidit, alia allegatione opus eſt, adiuuandi rei gratia, quæ duplicatio uocatur. Et ſi rurſus ea prima facie iuſta uideatur, ſed propter aliquam cauſam actori iniquè noceat: rurſus alia allegatione opus eſt, qua actor adiuuetur, quæ dicitur triplicatio. Quarum omnium exceptionum uſum interdum ulterius, quam diximus, uarietas negotiorum introduxit: quas omnes apertius ex Digeſtorum latiore uolumine facilè eſt cognoſcere.*

*l. 2. §. 1. D. de except.

* d. l. 2. §. penult.

ARGVM.

In rem defenſiones debitori competentes (vt pacti de non petendo) fideiuſſoribus etiam competunt: quia ſi quid fideiuſſores pro reo ſoluerunt, id actione mandati ab eo repetunt, exceptiones verò in perſonam (vt ceſſionis bonorum, & id genus aliæ) ad fideiuſſores non porriguntur.

*l. exceptiões. 2. D. de exceptioni

*Exceptiones *autem quibus debitor defenditur,*

tur,plerunque adcommodari ſolent etiam fideiuſſoribus eius, & rectè: quia quod ab ijs petitur,id ab ipſo debitore peti uidetur: quia mandati iudicio redditurus eſt eis, quod ij pro eo ſoluerint. Qua ratione, & ſi de non depetẽda pecunia pactus quis cum reo fuerit: placuit perinde ſuccurrendum eſſe per exceptionem pacti conuenti illis quoque qui pro eo obligati ſunt, ac ſi etiam cum ipſis pactus eſſet,ne ab eis ea pecunia peteretur. Sanè quædam exceptiones non ſolent his adcommodari. Ecce enim debitor, ſi bonis ſuis ceſſerit,& cum eo creditor experiatur,defenditur per exceptionem, ſi bonis ceſſerit. Sed hæc exceptio fideiuſſoribus non datur: ideo ſcilicet,quia qui alios pro debitore obligat,hoc maximè proſpicit,ut cùm facultatibus lapſus fuerit debitor, poſſit ab ijs,quos pro eo obligauit, ſuum conſequi.

De interdictis.

TIT. XV.

SEquitur, ut diſpiciamus de interdictis ſeu actionibus,quæ pro his exercentur. Erant autẽ interdicta, formæ, atque cõceptiones uerborum, quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri,aut fieri prohibebat,quod tunc maximè fiebat†,cum de poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur.

† *faciebat*

ARGVM.

Prima interdictorum diuiſio hæc eſt, quòd quædam prohibitoria ſunt, ut interdictum ne uis fiat ei,de mortuo inferendo,& ſimilia quædam reſtitutoria,vt interdictum quorum bonorum,vnde ui, & id genus alia: quædam exhibitoria,ut de libero homine exhibendo, de liberis exhibendis,& huiuſmodi.

*l.1.§. 2. D.hoc ti.

*Summa autem*diuiſio interdictorũ hæc eſt, quòd*

quòd aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria, aut exhibitoria. Prohibitoria ſunt, quibus Pretor vetat aliquid fieri ueluti: uim ſine uitio poßidenti, uel mortuum inferēti, quod ei ius erat inferēdi: uel in ſacro loco ædificari, uel in flumine publico ripave eius aliquid fieri, quo peius nauigetur. Reſtitutoria ſunt, quibus reſtitui aliquid iubet: ueluti bonorum poſſeſſori poſſeßionē eorum, quæ quis pro hærede, aut pro poſſeſſore poßidet ex ea hæreditate: aut cū iubet ei, qui vi de poſſeßione deiectus ſit reſtitui poſſeßionem. Exhibitoria ſunt per quæ iubet exhiberi: ueluti eum, cuius de libertate agitur: aut libertū, cui patronus operas indicere uelit: aut parenti liberos, qui in poteſtate eius ſunt. Sunt tamen qui putent propriè interdicta ea uocari, quæ prohibitoria ſunt, quia interdicere ſit denuntiare & prohibere: reſtitutoria autem & exhibitoria, proprie decreta uocari. Sed tamen obtinuit, omnia interdicta appellari: quia inter duos dicuntur.

ARGVM.

Iam ſecundam interdictorum diuiſionē aggreditur, quorum bonorum interdictum adipiſcendæ poſſesſionis gratia comparatum eſt: quod iure pretorio ſuccedenti conceditur, pro adipiſcenda ſcilicet poſſesſione hæreditariarū rerum, quæ apud eum ſunt, qui pro hærede vel pro poſſeſſore posſidet, interdictum quoq; Saluianum cauſa adipiſcendæ poſſesſionis rerum per colonum fundo illatarum (quæ tacitè pro mercede hypothecatæ ſunt) contra quoſcunq; poſſeſſores datur.

Sequens diuiſio interdictorum hæc eſt, quod quædam adipiſcendæ poſſeßionis cauſa cōparata ſunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ. Adipiſcendæ poſſeßionis cauſa interdictum adcommodatur bonorum poſſeſſori, quod appel-* *d.l.2. §. fi. D. eo.

† ius
* l. 1. D. quorum bo.

latur, Quorum bonorum, *eiusq; uis* † *& poteſtas hæc eſt: ut quod* * *ex his bonis quiſque quorum poſſeſsio alicui data eſt, pro hærede aut pro poſſeſſore poßideat: id ei, cui bonorum poſſeßio data eſt, reſtituere debeat.* Pro *hærede autem poßidere uidetur, qui putat ſe hæredem eſſe.* Pro *poſſeſſore is poßidet, qui nullo iure rem hæreditariam, uel etiam totam hæreditatem, ſciens ad ſe non pertinere, poßidet.* Ideò *autem adipiſcendæ poſſeßionis uocatur interdictum: quia ei tantùm utile eſt, qui nunc primùm conatur adipiſci rei poſſeßionem.* Itaque *ſi quis adeptus poſſeßionem amiſerit eam hoc interdictum ei inutile eſt.* Interdictum *quoque, quod appellatur Saluianum adipiſcendæ poſſeßionis cauſa comparatum eſt, eoq; utitur dominus fundi de rebus coloni quas is ꝓ mercedibus f ndi pignori futuras pepigiſſet.*

ARGVM.

Interdictum vti poſſidetis, & vtrubi ſunt retinendæ poſſeſsionis: quæ præſertim locum habent, ſi de proprietate alicuius rei futura ſit cõtrouerſia antequam enim proprietatis quæſtio moueat, vter ex litigatoribus poſſidere, & vter petere debeat, inueſtigandũ eſt, tum quia ſine petitore, & poſſeſſore nullum ſuper petitorio inſtitui poteſt iudicium: tum propter commodum poſſeſsionis in qua remanet is, qui poſſidet (quamuis dominus non ſit) quoad petitor rem ſuam probauerit.

*Vide ti. D. vti poſſidet. & ti. Vtrubi

uter poſſeſſor

Retinẽdæ* *poſſeßionis cauſa comparata ſunt interdicta* Vti poſsidetis, *& utrubi, cùm ab utraque parte de proprietate alicuius rei controuerſia ſit: & antè quæratur, uter ex litigatoribus poßidere, & uter petere debeat.* Nãque *niſi antè exploratum fuerit, utrius* † *eorum poſſeßio ſit: non poteſt petitoria actio inſtitui: quia & ciuilis,*

uilis, & naturalis ratio facit, ut alius poſsideat, & alius à poſsidente petat. Et *quia longè commodius eſt, & potius poſsidere, quã petere: ideo plerunque & ferè ſemper ingens exiſtit contentio de ipſa poſſeſsione. Commodum autem poſsidendi in eo eſt, quòd etiam ſi eius res nõ ſit, qui poſsidet (ſi modò actor non potuerit ſuam eſſe probare) remanet in ſuo loco poſſeſsio, propter quam cauſam cùm obſcura ſunt utriuſque iura: contra petitorem iudicari ſolet.*

ARGVM.

Vti posſidetis, rerum immobilium retinendæ poſſesſionis gratia conceditur: utrubi verò mobilium: quæ licet olim quantum ad poſſeſſionem inter ſe diſcreparent, hodie in vtroque is vincit, qui litis conteſtatæ tempore, nec vi, nec clàm, nec precario, ab eo posſidet, qui turbauit, quamuis à tertio non aduerſario, præfatis modis posſideret.

Sed interdicto quidem Vti poſsidetis, *de fundi uel ædiũ poſſeſsione contenditur.* Vtrubi, *uerò interdicto de rerum mobilium poſſeſsione. Quorum uis† ac poteſtas plurimam inter ſe differentiam apud ueteres habebat.* Nam Vti poſſidetis *interdicto is uincebat, qui interdicti tẽpore poſsidebat. ſi modò, nec ui, nec clã, nec precariò nactus fuerat ab aduerſario poſſeſsionẽ: etiam ſi aliũ ui expulerat aut clàm arripuerat alienã poſſeſsionem, aut precario rogauerat aliquem, ut ſibi poſsidere licet.* Vtrubi *uerò interdicto is uincebat, qui maiore parte eius anni nec ui, nec clã, nec precariò ab aduerſario poſsidebat. Hodie tamem aliter obſeruatur.* Nam *utriuſque interdicti poteſtas (quantum ad poſſeſſionem pertinet) exæquata eſt: ut ille uincat, & in re ſoli, & in re mobili, qui poſſeſsionem nec*

†ius

vi,nec clàm,nec precariò ab aduerſario litis cõteſtatæ tempore detinet.

ARGVM.

Etiam is poſsidere intelligitur, cuius nomine alius eſt in poſſesſione. Poſſesſio autẽ quãuis ſolo animo retineatur, ſolo tamen animo non adquiritur.

Poßidere autem uidetur quiſque non ſolùm ſi ipſe poßideat. ſed & ſi eius nomine aliquis† in poßeßione ſit, licet eius iuri ſubiectus non ſit, qualis eſt colonus & inquilinus. Per eos quoque *apud quos depoſuerit quis, aut quibus commodauerit, ipſe poßidere uidetur.* Et *hoc eſt, quod dicitur, retinere poſſeßionem poſſe aliquem per quemlibet qui eius nomine ſit in poſſeßione. Quinetiam animo quoque ſolo retineri poſſeßionem, placet, id eſt, ut quãuis neq; ipſe ſit in poſſeßione neque eius nomine alius: tamen ſi nõ relinquendæ poſſeßionis animo, ſed poſtea reuerſurus inde diſceſſerit, retinere poſſeßionem uideatur.* Adipiſci *uerò poſſeßionem per quos aliquis poteſt, ſecundo libro* expoſuimus.* Nec ulla dubitatio eſt, quin animo ſolo adipiſci poſſeßionem nemo poßit.*

†alius

*titu per quas per ſo. nobis acq.

ARGVM.

Etiam qui ui, clàm uel precariò, ab ſpoliatore immobilem rem poſsidebat, interdicto vnde ui (quod recuperandę poſſesſionis eſt) eius ei poſſesſionẽ à qui eiectus fuit, conſequitur: quinimò qui rem ſuam penes alium conſtitutam, uiolenter inuaſerit, à dominio cadet ſin autem aliena ſit rem deiecto reſtituet, illiusq; æſtimationem prętereà pręſtabit. Ad hęc criminis. l. Iuliæ de ui publica, vel priuata reus fit.

*vide tit. de ui, & ui arm. D. & C. unde ui.

Recuperandæ poſſeßionis cauſa ſolet interdici, ſi quis ex poſſeßione fundi uel ædium vi deiectus fuerit. Nã ei proponitur interdictum* Vnde

de vi, *per quod is qui deiecit, cogitur ei reſtituere poſſeſsionem: licet is ab eo, qui ut deiecit, vi, uel clàm, uel precariò poſsideat, ſed ex conſtitutionibus *ſacris (ut ſuprà diximus) ſi quis rem per uim occupauerit, ſi quidem in bonis eius eſt: dominio eius priuatur ſi aliena, poſt eius reſtitutionem, etiam æſtimationem rei dare uim paſſo compellitur. Qui autem aliquem de poſſeſsione per uim deiecerit, tenetur lege* Iulia *de vi priuata, aut de vi publica. Sed de vi priuata, ſi ſine armis uim fecerit: ſin autem armis eum de poſſeſsione vi expulerit, de vi publica tenetur. Armorum*autem appellatione non ſolum ſcuta & gladios, & galeas, ſed & fuſtes, & lapides ſignificari intelligimus.*

*l. ſi quis C. vñ vi.

*l. armorũ.D. de uer.ſign.

A R G V M.

Tertia interdictorum diuiſio.

Tertia diuiſio interdictorum eſt, quòd aut ſimplicia ſunt, aut duplicia. Simplicia ſunt uelu ti in quibus alter actor, alter reus eſt: qualia sũt omnia reſtitutoria aut exhibitoria. Nam actor is eſt, qui deſiderat aut exhiberi, aut reſtitui: reus autem is eſt, à quo deſideratur, aut ut reſtituat, aut exhibeat. Prohibitorium autem interdictorum alia ſimplicia ſunt, alia duplicia.* Simplicia *ſunt ueluti cum* Prætor *prohibet in loco ſacro, uel in flumine publico ripave eius aliquid fieri.* Nam *actor eſt qui deſiderat, ne quid fiat. reus eſt, qui aliquid facere conatur.* Duplicia *ſunt, ueluti* Vti poſsidetis *interdictum, &* Vtrubi. *ideo autem duplicia uocantur, quia par utriuſque litigatoris in his conditio eſt, nec quiſquam præcipuè reus uel actor intelligitur: ſed unuſquiſque tàm rei quàm actoris partes ſuſtinet.*

*l.2.D. hoc titu.

ARGVM.

Abiecta ueteri proponendorum interdictorum ſolennitate, hodie pro eis in factum actio com petit.

De ordine, & uetere exitu interdictorum ſuperuacuum eſt hodie dicere. Nam quoties extra ordinem ius dicitur (qualia ſunt hodie omnia iudicia†) non eſt neceſſe reddi interdictũ, ſed perinde iudicatur, ſine interdictis, ac ſi utilis actio ex cauſa interdicti reddita fuiſſet.

† *interdicta*

De pœna temerè litigantium,
TIT. XVI.

ARGVM.

Litigatorum temeritas triplici pœna coercetur: periurii ſcilicet, pecuniaria, & infamiæ ſiue ignominiæ: quarum ſingulas partes uſque ad tituli calcem perſequitur:

NVnc admouendi ſumus, magnã curam egiſſe eos, qui iura ſuſtinebãt, ne facilè homines ad ligitandũ procederẽt, quod & nobis ſtudio eſt. Idq; eo maximè fieri poteſt, quòd temeritas tã agentiũ, quàm eorum, cũ quibus agitur, modò pecuniaria pœna, modò iuriſiurandi religione, modò infamiæ metu coercetur.

ARGVM.

Reus, actor, nec non utriuſque partis aduocati, iuriſiurandi religione propter calumniã ſeu cauillationem euitandam introducti ſeſe adſtringere debent: alioqui non procedere iudicium.

*Adnota, Negantium mendacia pœna quandoque dupli, quandoque tripli puniri.

*l.2.C. de iur. cal.

Ecce enim iuſiurandum omnibus, qui conueniuntur, ex conſtitutione noſtra defertur. Nam reus non aliter ſuis allegationibus utitur,*

tur, niſi prius iurauerit, quòd putans ſe bona inſtantia uti, ad contradicendum peruenit. At aduerſus inficiantes, ex quibuſdam cauſis dupli, uel tripli actio cõſtituitur: ueluti ſi damni iniuriæ, aut legatorum locis uenerabilibus relictorum nomine agatur. Statim autem ab initio pluris, quàm ſimpli eſt actio: ueluti furti manifeſti, quadrupli: nec manifeſti, dupli. Nam ex his & alijs quibuſdam cauſis (ſiue quis neget, ſiue fateatur) pluris, quàm ſimpli eſt actio. Item actoris quoque calumnia coercetur. Nam etiam actor pro calumnia iurare cogitur ex noſtra conſtitutione. Vtriuſque etiam partis aduocati iuſiurandum ſubeunt, quod alia noſtra* conſtitutione comprehenſum eſt.*

*abeſt gl. hic.

*l. rẽ non nouam. C. de iud.

ARGVM.

Reiecta mulcta decimæ partis litis, quæ olim improbis litigatoribus irrogabatur, hodie quiſquis iniquè litigabit, periurium incurret, & damnum impenſasq; omnes uictrici parti infer re cogetur.

Hæc autẽ omnia pro ueteris calumniæ actione introducta ſunt, quæ in deſuetudinem abijt, quia in partem decimã litis actores mulctabat, quod nuſquam factũ eſſe inuenimus. ſed pro his introductum eſt, & præfatum iuſiurandum, & ut improbus litigator, & damnum, & impenſas litis inferre aduerſario ſuo cogatur.

*Adnota, Directæ dicuntur, quæ pupillo aduerſus tutorem, mandanti aduerſus mandatarium, depoſiti aduerſus depoſitarium competunt: & non è contrario.

*Adnotato etiam, pactione infamiam contrahi: nam quicunque ex delicto ob-

noxius, pretio dato paciſcitur, ignominioſus fit.l.furti.§. pactus. D.de his, qui notan.infa.

Ex quibuſdam iudicijs damnati, ignominioſi fiunt: ueluti furti, ui bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo: item tutelæ, mandati, depoſiti, directis, non contrarijs actionibus. Item pro ſocio, quæ ab utraque parte directa eſt: & ob id quilibet ex ſocijs eo iudicio dãnatus, ignominia notatur. Sed furti quidem, aut vi bonorum raptorum, aut iniuriarum, aut de dolo, non ſolùm damnati notantur ignominia, ſed & pacti, & rectè. Plurimum enim intereſt, utrùm ex delicto aliquis, an ex contractu debitor ſit.

*Omnium autem actionum inſtituendarum principium ab ea parte edicti proficiſcitur, qua Prætor edicit de in ius uocando. Vtiq; enim in primis aduerſarius in ius uocandus eſt, id eſt ad eum uocandus, qui ius dicturus ſit. Qua parte Prætor parentibus, & patronis, item parentibus liberisque patronorum, & patronarũ hunc præſtat honorem, ut non aliter liceat liberis libertiſque eos in ius uocare, quàm ſi id ab ipſo Prætore poſtulauerint, & impetrauerint. Et ſi quis aliter uocauerit: in eum pœnam*ſolidorum quinquaginta conſtituit.*

*l.pe. D. de in ius vocan.

De officio iudicis.

TITVLVS. XVII.

SVpereſt, ut de offitio iudicis diſpiciamus. Et quidem in primis illud obſeruare debet iudex, ne aliter iudices, quàm legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt.

*Adnota, Ea eſt ratio, nam domino noxali actione conuento optionem iura concedunt, aut damnum ſoluendi, aut ſeruum

noxæ

noxæ dedendo,damni euitandi æſtimationem.l.miles.§.decem. D. de re iudic. & l.2.C.de noxal.actionib.

Ideoque ſi noxali iudicio aditus † eſt, obſeruare debet, ut ſi condemnandus uidetur dominus, ita debeat condemnare, Publiũ Mæuium Lucio Titio in decem. aureos cõdemno, aut noxam dedere. † *additus P. Flor.*

ARGVM.

Iudicis eſt reum ſingulari in rem vel uniuerſali actione conuentum ad rei fructumq; reſtitutionẽ cõdemnare, qui ſi malæ fidei poſſeſſor fuerit,non modò perceptos fructus,ſed& quos percipere potuit præſtare cogitur, quòd ſi bonæ fidei fuerit,conſumptorum, & culpam non perceptorum nomine nequaquam tenebitur, poſt litis tamen conteſtationem nihil differt à malæ fidei poſſeſſore : quo fit, vt omnium fructuum ratio à die litis conteſtatæ habenda ſit.

Et ſi in rem actum ſit coram iudice, ſiue contra petitorem iudicauerit, abſoluere debet poſſeſſorem ſiue contra poſſeſſorem, iubere ei debet, ut rem ipſam reſtituat cum fructibus. Sed ſi poſſeſſor neget in præſenti ſe reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione uidebitur tempus reſtituendi cauſa petere, indulgendum eſt ei ut tamen de litis æſtimatione caueat cum fideiuſſore, ſi intra tempus, quod ei datum eſt, non reſtituerit. Et ſi hæreditas petita ſit: eadem circa fructus interueniunt, quæ diximus interuenire de ſingularum rerum petitione. Illorum autem fructuum, quos culpa ſua poſſeſſor non perceperit, ſiue illorum, quos perceperit: in utraque actione eadem ratio penè habetur, ſi prædo fuerit. Si uerò bonæ fidei poßeſſor fuerit: non habetur ratio, neque cõſumptorum, neque non perceptorum. Poſt inchoa-

ſociis iudiciis paucis accipe. ſi igitur familiæ erciſcundæ iudicium inter duos,pluresve uertatur,iudicis eſt, ſingulas res ſingulis hæredibus adiudicare,& ſi unius rei præualeat,eundē pro eo quod pluris eſt,certa pecunia cohæredi condemnare item ſi unus cohæredum fructus ex re hæreditaria perceperit,aut malè in ea uerſatus fuerit, eo nomiue cohæredibus condemnandus eſt.Idem per omnia in indicio communi diuidundo dicito, etiam ſi de una re tantùm lis ſit modò commodā diuiſionē patiatur. quam ſi non patiatur,permittitur, iudicē alteri ex litigatoribus rem etiam totam adiudicare,atq; eundem alteri certa pecunia in rei locum inuicem condemnare.

*Si familiæ erciſcundæ iudicio actum ſit,ſingulas res ſingulis hæredibus adiudicare debet. & ſi in alterius perſona prægrauare uideatur adiudicatio,debet hunc inuicem cohæredi certa pecunia(ſicut iam dictum eſt)condemnare. Eo quoque nomine cohæredi quiſque ſuo condemnandus eſt, quòd ſolus fructus hæreditarij fundi perceperit,aut rem hæreditariam corruperit aut cōſumpſerit.Quæ quidem ſimiliter inter plures quoque, quàm duos cohæredes, ſubſequuntur. Eadem interueniunt, & ſi communi diuidundo de pluribus rebus actum ſit. Quod ſi de una re, ueluti de fundo: ſi quidem iſte fundus commodè regionibus diuiſionem recipiat,partes eius ſingulis adiudicare debet. & ſi unius pars prægrauare uidebitur:is inuicem certa pecuniæ alteri condemnandus eſt. Quod ſi commode diuidi non poßit: ueluti ſi homo forte, aut mulus erit, de quo actum ſit, tunc totus uni adiudicandus eſt: & is inuicem alteri certa pecunia condemnandus eſt. *vide tit. D.&C.fami.erciſ.

ARGVM.

In finium regundorum iudicio,tunc licet iudici

dici ab antiquis agrorum finibus,recedere,cū euidētioribus modis , quàm hactenus fuiſſent. nunc diſtingui nequeant: quò caſu, partem ex alterius agro alteri adiudicabit, & eundem alteri certa pecunia condemnabit:in hoc quoq; iudicio etiam uertitur,ut ſi quis circa fines malitioſè quicquam geſſerit,uel metiri agros paſſus non fuerit,puniendus ſit.

*Si finium regundorū actum fuerit, diſpicere debet iudex, an neceſſaria ſit adiudicatio, *quæ ſanè uno caſu neceſſaria eſt, ſi euidentioribus finibus diſtingui agros cōmodius ſit, quàm olim fuiſſent diſtincti. Nam tunc neceſſe eſt ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari. quo caſu cōueniens eſt, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eō quoq; nomine condēnandus eſt, quiſq; hoc iudicio, quod fortè circa fines aliquid malitioſè cōmiſit: uerbi gratia, quia lapides finales furatus eſt, uel arbores finales excidit. Cōtumaciæ quoq; nomine quiſque eo iudicio condemnatur: ueluti ſi quis iubente iudice metiri agros paſſus non fuerit.*

*l.2.D.fi. reg.

*Adnota, Ex ſententia adiudicatoria in his tribus diuiſoriis iudiciis dominium transferri. l. ſed ſi res. D. cōmuni diuidun.

Quod autem iſtis iudicijs alicui adiudicatum fuerit, id ſtatim eius fit, cui adiudicatum eſt.

De publicis iudicijs.

TIT. XVIII.

PVblica iudicia neq; per actiones ordinātur, neq; omnino quidquā ſimile habent, cū cæteris iudicijs, de quibus loquuti ſumus. magnaq; diuerſitas eorū eſt, & in inſtituendo, & in exercendo. Publica autem dicta ſunt,

quòd

*quòd cuiuis ex populo executio eorum plerunque datur. Publicorum*iudiciorum quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia. Capitalia dicimus, quæ ultimo ſupplicio afficiunt homines, uel etiã aquæ, & ignis interdictione, uel deportatione, uel metallo. Cætera, ſi quam †infamiam irrogant cum damno pecuniario, hæc publica quidem ſunt, non tamen capitalia.* *l. 2. D. hoc titu. † ſi quæ

* Adnota, Hoc ſpeciali iure in hoc crimine ſtatuitur, quandoquidem regulariter morte extinguitur delictum. l. 1. C. ſi reus, uel accuſ.

Publica autem iudicia hæc ſunt: lex Iulia maieſtatis, quæ in eos, qui contra Imperatorem, uel rem publicam aliquid moliti ſunt, ſuum uigorem extendit. † Cuius pœna animæ amiſſionem ſuſtinet, & memoria rei etiam poſt mortem damnatur. †oſtendit

* Adnota, Humiles grauioribus pœnis plectendos, quàm honeſtiores.

*Item lex Iulia de adulterijs coercendis, quæ nõ ſolùm temeratores alienarum nuptiarũ gladio punit, ſed & eos, qui cum maſculis*nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Iulia etiam ſtupri flagitium punitur, cùm quis ſine ui uel uirginem, uel uiduam, honeſtè uiuentem ſtuprauerit. Pœnam autem eadem lex irrogat ſtupratoribus, †ſi honeſti ſunt, publicationem partis dimidiæ bonorum: ſi humiles, corporis coercitionem cum relegatione.* *l. cũ uir. C. đ adu. †peccatoribus.

*Adnota, Affectum occidendi etiam ſi effectus non ſubſequatur, lege Cornelia de ſicariis puniendum. l. is, qui cum telo. C. de ſicariis.

Item lex Cornelia de ſicarijs, quæ homicidas

ultore

ultore ferro perſequitur, uel eos, qui hominis occidendi cauſa cum telo ambulant: Telum *autem (ut* Caius* *noſter ex interpretatione legum duodecim tabularum ſcriptum reliquit) uulgò quidem id appellatur, quod arcu mittitur, ſed & omne ſignificat, quod manu cuiuſque iacitur. ſequitur ergo, ut lignum, & lapis: & ferrum hoc nomine contineantur: dictum ab eo, quod in longinquum mittitur, à Græca uoce τηλοῦ figuratum.* Eſt *ſi hanc ſignificationem inuenire poſſumus, & in Græco nomine: nã quod nos telũ apellamus, illi βέλος appellãt, ἀπὸ τοῦ βάλλειν.* Admonent *nos epigrammata in* Xenophonte *urbis fauſtiſſimæ ſcripta:* καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐσφέρετο λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι ἐκ τῶν χειρῶν λίθοι. *Sicarij aũt appellantur à ſica, quod ſignificat ferreum cultrum.* Eadem *lege, & uenefici capite damnantur, qui artibus odioſis, tam uenenis, quàm ſuſuris magicis homines occiderint. uel mala medicamenta publicè uendiderint.*

*l. ſi calũ nietur D. de uer. ſig.

† Xenophonte ἀναβασέως ε. † τόμου

*Adnota, Atrocioribus delictis atrociorem pœnam irrogandam, quandoquidem delicto pœna commenſurãda eſt. l. reſcriptum. D. de iis, quib. vt indig. & l. ſancimus. in fi. C. de pœn.

Alia deinde lex aſperrimum crimen noua pœna perſequitur, quæ Pompeia *de parricidijs uocatur: qua cauetur, ut ſi quis parentis, aut filij, aut omnino adfinitatis † eius, quæ nuncupatione parentum † continetur, fata præparauerit, (ſiue clàm, ſiue palàm id auſus fuerit) necnon is, cuius dolo malo id factum eſt, uel cõſcius criminis extiſtit, licet extraneus ſit, pœna parricidij puniatur: & neque gladio, neque ignibus neque*

† *affectionis*

† *parricidij*

*neque ulli alij ſolenni pœnæ ſubyciatur,ſed inſutus culeo cũ cane,& gallo gallinaceo, & uipera & ſimia & inter eas ferales anguſtias comprehenſus(ſecundum,quod regionis qualitas tulerit(uel in uicinũ mare,uel amnem*proyciatur: ut omnium elementorum uſu uiuus carere incipiat, & ei cœlum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur. Si quis autẽ alias cognatione uel ad finitate perſonas coniunctas necauerit: pœnam legis Corneliæ de ſicarijs ſuſtinebit. Item lex Cornelia de falſis,quæ etiam teſtamentaria uocatur,pœnam irrogat ei,qui teſtamentum, uel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit ſignauerit,recitauerit,ſubiecerit, uel ſignum adulterinum fecerit ſculpſerit, expreſſerit ſciens, dolo malo. Eiusq; legis pœna in ſeruos ultimum ſupplicium eſt (quod etiam in lege de ſicarijs & ueneficijs ſeruatur) in liberos uerò deportatio.* *l.pe. D. de parri.

*Item lex Iulia de ui publica ſeu priuata aduerſus eos exoritur, qui uim uel armatam, uel ſine armis commiſerint. Sed ſi quidem armata uis arguatur deportatio ei ex lege Iulia de ui publica irrogatur:ſi uerò ſine armis,in tertiam partem bonorum ſuorum publicatio imponitur Sin autem per uim raptus uirginis, uel uiduæ, uel ſanctimonialis,uel alterius fuerit perpetratus:tunc & raptores†,& ij,qui opem huic flagitio dederũt,capite puniuntur,ſecundùm noſtræ conſtitutionis*definitionẽ:ex qua hoc apertius poſsibile eſt ſcire. Item lex Iulia peculatus eos punit,qui publicam †pecuniam,uel rem ſacram:uel religioſam furati fuerint. Sed ſi qui dem ipſi iudices tempore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint,capitali animaduerſione puniuntur: & non ſolum hi,ſed etiam* † peccatores, *l. vnica. C.de rap. virg. †uel rem public.

qui

qui miniſteriū eis ad hoc exhibuerint†, uel qui ſubtractas ab his ſcientes ſuſceperint. Alij uerò, qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis ſubiungentur. Eſt & inter publica iudicia lex Fabia de plagiarijs, quæ interdum capitis pœnam ex ſacris conſtitutionibus irrogat, interdum leuiorem*. Sunt prætereà publica iudicia lex Iulia de ambitu, lex Iulia repetundarum, & lex Iulia de annona, & lex Iulia de reſiduis, quæ de certis capitulis loquuntur, & animæ quidem amiſsionem non irrogant: alijs autem pœnis eos ſubijciunt, qui præcepta earum neglexerint. Sed de publicis iudicijs hæc expoſuimus, ut uobis poſsibile ſit ſummo digito, & quaſi per indicem ea tetigiſſe alioqui diligentior earum ſcientia uobis ex latioribus Digeſtorum* ſeu Pādectarum libris Deo propitio aduentura eſt.

† adhibuerint

* l. fi. C. e.

* à tit. de pub. iud. ad tit. de appel.

INSTITVTIONVM FINIS.

INDEX OMNIUM Paragraphorum Inſtitutionum Imperialium ſecundum ordinem Alphabeti.

AB hoſtibus. 49
Acceſsit deinde. 105
Acceſsit nouus caſus. 204
Accidit aliquando.ut. 98
Adſinitatis quoque ueneratione. 31
Actiones autem de peculio. 279
Actionum autem. 286
Ad certum tempus. 44
Ademptio legatorum. 153
Adeo autem aliquam. 234
Adgnationis quoque gradus. 190
Adhuc autem & alios. 199
Ad legitimam ſucceſsionem. 182
Admonendi autem ſumus. 40
Admonendi tamen ſumus. 173
Adoptio autem. 33
Adoptiui liberi. 118
Adquiritur uobis. 100
Aedibus neque. 146
Aeque ſi agat quis ius. 175
Aeque ſi debitor. 310
Alia deinde lex. 301
Alia inſuper cautela. 306
Alia ſanè cauſa eſt. 73
Alia ſanè cauſa. 81
Aliam uerò bonorum poſſeſſionem. 200
Alienus quoque ſeruus. 121

Alienus

Alienus ſeruus 110
Alia autem donationes ſunt. 95
Alio autem modo. 165
Alioqui quàm ex. 310
Aliquando autem euenit. 33
Aliquando autem etiam. 544
Aliquando etiam. 114
Alteri ſtipulari. 222
Amotis quoque ſuis. 192
Animalium nomine. 301
An ſeruo hæredis. 150
Ante Auguſti tempora. 165
Ante hæredis inſtitutionem. 151
Apium quoque fera natura eſt. 69
Appellamus autem in rem. 281
Appellantur autem exceptiones 311
Apud Catonem. 37
At aduerſus inficiantes. 321
At qui per fœmini.ſe. 45
At ex contrario. 100
At hi, qui emancipati. 171
Atrox iniuria æſtimatur. 270
Ac ſi ita ſtipuleris. 112
B *Auctoritas autem tutoris.* 51
B*ella etenim orta.* 19
C*Aecus autem.* 114
Cæteri, qui teſtatoris. 136
Cæterum dubium non eſt. 365
Cæterum inter maſculos. 175
Cæterum placuit. 266
Cæterum ſciendum eſt. 302
Cæterum ſicut is. 77
Capite tertio. 265
Certæ autem rei. 44
Certè illud conſtat. 76

Certè,qui nullam. 256
Ceruos quoque. 70
Circa adoptiuos. 119
Codicillis autem. 166
Codicillos autem etiam. ibid.
Communem ſeruum. 247
Compenſationes quoque. 293
Conceptum furtum. 253
Conditiones,quæ ad. 213
Conductor autem. 235
Conſenſu fiunt obligationes. 227
Conſequens eſt. 62
Conſtat autem ius noſtrum. 15
Conſtituitur autem. 86
Contrà autem creditor. 98
Creditor quoque,qui. 210
Cum autem ad agnatos. 47
Cum autem emptio. 231
Cum autem impubes. 34
Cum autem in compluribus. 43
Cum autem ingenuus. 20
Cum autem is,qui. 170
Cuma autem quæritur an. 170
Cum autem quæritur. ibid.
Cum autem ratio legis. 155
Cum enim prima cauſa. Eſt in §. Repetitis. 192
Cum eo quoque,qui. 293
Cum ergo certus modus. 25
Cum ergo pupillorum. 52
Cum ex aliena materia 73
Cum ſit expoſitum. 251
Cum filius filiave. 169
Cum igitur plures ſpecies. 201
Cum in ſuo ſolo. 75

Cunque antea fuerat. 200
Cunque hoc Deo. 8
Cum quis ſub aliqua conditione. 276
Curare autem debet. Eſt in §. Praeterea *quaſdam.* 288
D*Amni iniuriae actio.* 262
Dari autem tutor poteſt. 43
Datur autem haec. 197
Datus autem tutor. 61
De conſtituta autem pecunia. 279
De ijs autem ſeruis. 103
De illa ſanè conuentione. 236
De ordine. 320
Deſinunt autem. 53
Directa autem libertas. 165
Dictum eſt autem. 39
Diutina poſſeſſio. 93
Dominus noxali iudicio. 399
Duo pluresue. 214
Duorum autem fratrum. 30
E*A quoque res. eſt ad fi.* §. *Si res aliena.* 142
Eadem haec obſeruantur. 172
Eadem interueniunt. 325
Eadem lege. 24
Eadem oratione expreſſit. 132
Eadem ratione praetor. 394
Eas uerò exceptiones. 312
Ecce enim iuſiurandum. 320
Edicto diui Marci. 93
Ei uerò; qui. 218
Eius, qui apud hoſtes. 114
Eius uerò mulieris. 30
Emancipati autem liberi. 171
Emancipatos liberos. 117

Emptio & uenditio contrahitur. 228
Emptio tam ſub conditioue. 232
Eos etiam, qui. 187
Eo amplius conſtat. 87
Erat, & ex ſenatuſ. 206. *Ibi eſt, & , pro, erat.*
Erat olim & alius modus. 97
Erat ante. 206
Ergo non omnes. 29
Ergo ſiquidem. Habetur in §. *Poſt quod.* 159
Error autem falſi. 92
Eſt autem capitis diminutio. 46
Eſt autem caſus legitur, aliàs Eſt tamen. 120
Eſt autem tutela. 42
Eſt etiam prohibiti furti actio. 253
Eſt & alia tutela. 48
Eſt & aliud genus. 94
Eſt & aliud genus inter. 96
Eſt & alterius generis. 203
Eſt & inter publica iudicia. 330
Eſt tamen caſus. 120
Et quum hoc placitum erat. 89
Et cum quæſitum eſſet. 154
Et hæc quidem xij. tab. 179
Et inuenimus uiam. 97
Et plures in unius. 124
Et qui poteſtatem. 59
Et quia prima fideicom. cunabula. 163
Equidem naturali iure. 65
Et quidem neque. 41
Et ſi ex diſparibus. 125
Et ſi hæreditas petita ſit. 323
Et ſi in rem actum ſit. 323
Et ſi plures unciæ. 123
Et ſtipulandi, & promittendi. 214

Et tam filium alienum. 35
Et uerius eſt. 141
Et unum hominem. Hic §. *eſt in* §. *Seruus autem plurium.* 121
Examen quoque, quod. 70
Exceptiones autem. 323
Ex conditionali ſtipulatione. 112
Ex contrario. 144
Excuſantur autem tutores. 57
Ex diuerſo, ſi quis. 76
Ex duobus reis promittendi. 214
Ex eadem lege xij. tab. 47
Exemplo patronorum. 48
Ex eo autem ſolo. 132
Ex his itaque apparet. 104
Ex huiuſmodi obligationibus. 164
Ex maleficijs uerò. 282
Ex maleficijs ſeruorum. 399
Expoſitis generibus. 346
Ex quibuſdam tamen cauſis. 245
Ex quibuſdam iudicijs damnati. 196
Extraneis autem hæredibus, 170
Extraneo uerò, uel filio. 129
F*eræ igitur beſtiæ.* 68
Fideiuſſor & præcedere. 177
Fideiuſſor non tantùm. ibid.
Fideiuſſores ita obligari non poſſunt. 226
Filij autem ſuperſtites. 58
Filiusfamilias ſi militauerit. 39
Finitur autem uſusfructus. 87
Flumina autem omnia. 66
Fœminæ quoque adoptare poſſunt. 36
Fratris uerò uel ſororis. 30
Fructuarius uerò. 128
Fuerat antea & rei. 237

Furioſus uel minor.	45
Furioſus nullum negotium.	219
Furioſi autem.	113
Furioſi quoque.	54
Furti actio, ſeu dupli.	259
Furti autem actio competit.	256
Furtiuæ quoquè res.	90
Furtorum autem duo.	252
Furtum autem fit.	254
Furtum eſt contrectatio.	251
GAllinarum autem & anſerum.	70
Generaliter iniuria dicitur.	267
Grege autem legato.	146
HAec actio.	271
Hæc autem omnia.	321
Hæc conſtitutio libertarum.	205
Hæc de ſeruitutibus.	89
Hæc exempli cauſa. Eſt in §. Alioqui.	310
Hæ mortis cauſa donationes.	94
Hæredes autem.	135
Hæredes inſtituere.	120
Hæreditas plerunque diuiditur.	122
Hæres & purè & ſub conditione.	123
Hæres quoque legatorum nomine.	245
Hi, qui in parentum.	256
His igitur generaliter.	12
His autem uerbis.	264
Hoc amplius.	180
Hoc amplius, interdum.	81
Hoc autem caſu.	131
Hodie autem non ita.	311
Hoc etiam addendum.	180
Hoc loco admonendi ſumus.	307
Hoc loco & illud.	188
Hoc loco neceſſarium eſt.	188

Hoc quoque à nobis. 19[1]
Hoc reſcripto ſubuentum eſt. 105
Hoc ſolùm obſeruandum eſt. 164
Huic autem, qui. 290
Huic proxima eſt illa. 149
IDem Iuris eſt de eo. 244
Idem & in milite. 60
Idem iuris eſt. 309
Idem iuris eſt. 115
Idem placet. 103
Idemque iuris. 23
Ideo autem dicimus. 48
Ideoque ſi noxali iudicio. 320
Ideo autem hæ ſeruitutes. Habetur in §. Inter *ruſticorum.* 85
Ideo autem muros. 68
Ideoque ſi debitor. 100
Igitur cum quis. 243
Igitur in pupillari. 127
Igitur liberi ueſtri. 101
Igitur poſt libros. 11
Igitur quartam. 135
Ii quos nunquam. 124
Iidem reſcripſerunt. 147
Iiſdem Illis modis. 87
Illis autem temporibus. 109
Illud autem ſcire oportet. 41
Illud certum eſt, ad. 191
Illud certum eſt. 32
Illud expeditum eſt. 237
Illud in ſumma. 398
Illud non ex uerbis. 264
Illud palam eſt. 127
Illud palam eſt. 266
Illud proprie ſeruatur. 398

Illud proprium eſt. 37
Illud quaſitum eſt. 69
Illud quoque mandatum. 240
Imperatoriam maieſtatem. 9
Impetu quoque mularum. 263
Impoßibilis conditio. 124
Impuberes autem. 50
Impuberes non poſſunt. 63
In alienum locum. ibid.
In bonæ fidei iudicijs. 287
Incertis autem perſonis. 149
Incertis uerò perſonis. 149
In communem autem locum. 67
Incorporales autem ſunt. 82
In duplum. 284
In extraneis hæredibus. 137
In fraudem autem. 24
Ingenuus eſt is. 20
In hac re olim. 210
In his autem caſibus. 273
In ijs autem animalibus. 70
Inimicitiæ, quas. 60
Iniuria autem occidere. 262
Iniuria autem committitur. 267
In omnibus autem. 224
In pecudum fructu. 79
In perſonam quoque actiones. 279
In petenda autem. 201
In plurimis autem cauſis. 36
In poteſtate itaque. 26
In poteſtate noſtra ſunt. 27
In primis hoc reſcriptum. 205
In primis igitur ſciendum. 157
In ſeruorum conditione. 19
In ſtipulationibus. 216

Inſula, quæ in mari. 72
In ſumma. 197
In ſumma ſciendum eſt. 242
In ſumma ſciendum eſt. 259
In ſumma ſciendum eſt. 270
Inter eas quoque perſonas. 30
Inter ruſticorum. 85
Inter uenditorem. 93
Interdum autem & pupilli. 55
Interdum autem, licet. 169
Interdum etiam. 81
Interdum etiam. 255
Interdum euenit. 313
Interdum quoque. 255
Inteſtatus decedit, qui. 167
Inteſtatorum autem. ibid.
In teſtibus autem. 107
Introduxit. 295
Is, qui exequitur. 240
Is quoque, cui. 297
Is quoque, qui. 208
Is uero ad quem. 79
Ita autem ſtipulatio. 22
Ita demum tamen nepos. 168
Ita tamen competit. 260
Item actio de eo, quod. 280
Item actoris. 321
Item amitam. 30
Item contra, licet. 217
Item diuus Marcus. 58
Item ea, quæ ex animalibus. 71
Item ea, quæ ex hoſtibus. 71
Item exercitor nauis. 273
Item ex lege condictitia. 285
Item extraneus hæres. 139

Item

Item finitur tutela. 53

Item inutilis eſt. 219

Item inuiti. 54

Item is ad quem. 88

Item is ex cuius cœnaculo. 272

Item is cui quis. 245

Item is cui res. 209

Item is qui ædium. 88

Item is qui ſtatus controuerſiam. 60

Item lapilli. 71

Item lex Cornelia de ſicarijs. 327

Item lex Cor de falſis. 329

Item lex Iulia de adulterijs. 327

Item lex Iulia de vi publica. 329

Item lex Iulia peculatus. 329

Item maior ſeptuaginta annis. 60

Item nemo. 223

Item non aliter emancipare. 35

Item per acceptilationem. 248

Item per liberos homines. 246

Item pretium. 230

Item prodigus. 114

Item propter aduerſam. 59

Item propter litem. ibid.

Item quæritur ſi. 235

Item qui reipublicæ cauſa abſunt. 58

Item Romæ. 60

Item Seruiana & quaſi. 278

Item ſi de dote. 292

Item ſi fullo. 257

Item ſi in iudicio. 310

Item ſi inter aliquos. 244

Item ſi propter. 59

Item ſi putator. 263

Item ſi quis in fraudem creditorum. 278

Item ſi quis ita ſtipulatus erat. 221
Item ſi quis merces. 81
Item ſi quis poſtulante aduerſario. 280
Item ſi reus ſoluerit. 247
Item ſurdus. 114
Item tria onera. 59
Item uerborum obligatio. 220
Item uetuſtas ex maſculis. 175
Item uobis adquiritur. 102
Iure ciuili conſtitutum. 89
Iure enim honorario. 105
Iuris præcepta ſunt hæc. 14
Ius autem ciuile. 15
Ius autem gentium. 15
Ius autem poteſtatis. 28
Ius bonorum poſſeſſionis. 198
Ius naturale eſt. 14
Iuſtas autem nuptias. 28
Iuſtitia,eſt. 13
L*Atinos autem Iunianos.* 22
Legari autem illis ſolum. 148
Legatarijs autem &c. 108
Legatum itaque eſt. 140
Lege Fuſia Caninia. 26
Lex xij.tabularum. 182
Liberi quoque,qui. 187
Liberis autem ſuis. 128
Liberis ſui, impuberibus. 126
Libertas quoque. 148
Libertas quoque ſeruo. 164
Libertini ſunt. 21
Libertinorum autem ſtatus. 22
Liberum autem. 265
Licet autem domino. 23
Licet autem uulgo. 185

Litera quoque. 77
Littorum quoque uſus. 66
Loca ſacra,uel religioſa. 231
Loca etiam inſeri ſtipulationi ſolent. 112
Locatio & conductio. 232
Longè magis legato. 150
MAndantis tantum gratia. 239
Mandatum contrahitur. 239
Mandatum non ſuſcipere. 242
Manet autem ſocietas. 237
Mariti tamen filius. 31
Maſculi quidem puberes. 54
Maſculo igitur. 129
Mater uel auus maternus. 119
Maxima capitis. 46
Minima autem diminutione. 53
Minima capitis diminutio. 46
Minor,ſiue media. 46
Minorem natu. 35
Minus autem iuris eſt. 87
Minus ergo iuris. 172
Mortuo autem filio adrogato. 203
Mortuo conductore. 235
Multis alÿs caſibus.. Eſt in §. Sed *noſtra con-ſtitutio.* 195
Multis autem modis. 21
Mutum neque ſtipulari. 219
NAm ſi ſoluendo non ſint. 257
Namque ſi cui. 276
Neceſſarius hæres. 135
Ne ergo eo modo. 117
Nec in pendenti erit ſtipulatio. 217
Neque autem præfectus urbi. 57
Neque tamen hæreditatem. 51
Ne tamen in uniuerſum. 86

Ne tamen pupillorum. 55
Nihil autem intereſt. 161
Nihil autem intereſt. 108
Nominatim autem. 115
Non autem liberis tantum. 133
Non autem omnes actiones. 307
Non ſolum autem naturales. 33
Non eſſe autem admittendum. 60
Non ſolum autem hæredibus. 128
Non ſolum autem is. 271
Non autem utique. 122
Non ſolùm autem proprietas. 103
Non ſolum autem teſtatoris. 141
Non ſolum res in ſtipulatum. 213
Non tamen cuicunque uolenti. 23
Non tamen per omnia. 131
Non tamen omnibus licet. 112
Non tamen ut omnino. 115
Non tantùm autem. 166
Nos autem per conſtitutionem. 50
Noſtra autem diuina. 93
Noſtra autem conſtitutio. Eſt in §. *Sed olim.* 140
Nouiſſime autem ſciendum. 64
Nouiſſime ſciendum eſt. 186
Nouiſſime ſciendum eſt. 92
Nullius autem ſunt res ſacræ. 66
Nunc admonendi ſumus. 99
Nunc admonendi ſumus. 302
Nunc admonendi ſumus. 99. & 310.
Nunc de libertorum bonis. 193
Nunc tranſeamus ad fideicom. 156
Nunc tranſeamus ad obligationes. 207
OBlatum furtum. 253
Olim ſcriptura fiebat obligatio. 217

Omne autem ius. 18
Omnes autem actiones. 284
Omnis autem noxalis. 300
Omnis res,quæ dominio. 214
Omnis ſtipulatio. 111
Omnis autem actionum. 322
Omnium autem actionum quibus. 275
Omnium autem obligationum ſumma. 207
Optionis legatum,id eſt. 147
Oſtendimus qui poßint. 62
P*Ater nec non is.* 107
Patitur autem quis iniuriam. 268
Pauonum quoque &c. 70
P*eculium autem.* 147
P*er adoptionem quoque.* 178
P*er alluuionem autem.* 71
P*erficiuntur autem.* 95
P*er contrarium autem.* 185
P*ermiſſum eſt itaque parentibus.* 42
P*er traditionem quoque.* 80
P*lacebat autem.* 181
P*lacuit tamen eos,qui.* 254
P*lanè de teſtamentis militum.* 110
P*lebiſcitum autem.* 16
P*lane ſolutio etiam in.* 218
P*lus autem quatuor modis.* 289
P*œna autem iniuriarum.* 269
P*œna manifeſti furti.* 253
P*œnales quoque actiones.* 280
P*oßidere autem uidetur.* 318
P*oſſunt autem.Eſt in §. Sed his omnibus.* 106
P*œnæ quoque nomine.* 152
P*œnæ ſeruus effectus.* 38
P*oſt genera contractuum.* 242
P*oſt hac uideamus.* 139

Poſt mortem quoque hæredis. 151
Poſt mortem ſuam dari. 221
Poſt quod ſenatuſconſultum. 158
Poſt ſuos hæredes. 186
Poſtea uerò lege Papia. 193
Poſteriore quoque teſtamento. 130
Poſthumi quoque liberi. 116
Poſthuma quoque alieno. habetur in §. Incertis quoque perſonis. 149
Poſthumorum autem loco. 116
Poſthumus autem alienus. 149
Poteſt autem non ſolum. 164
Poteſt autem quis. 124
Poteſt etiam teſtament. 85
Poteſt tamen quis. 164
Prædiorum urbanorum ſeruitutes. 84
Præferuntur autem matri. 183
Præiudiciales actiones. 280
Præterea debitor. 309
Præterea emancipatione. 40
Præterea etiam ex perſona. 312
Præterea & is apud quem. 209
Præterea inteſtatus quoque. 162
Præterea introducta eſt actio. 296
Præterea inutilis eſt ſtipulatio. 219
Præterea nouatione. 243
Præterea pœna conſtituitur. 162
Præterea quaſdam actiones. 288
Præterea qui ad certum. 53
Præterea quod per alluuionem. 71
Præterea ſicut uulgò quærebatur. 233
Præterea ſi medicus. 263
Præterea teſtamentum facere. 113
Præter hos igitur. 113
Pretium autem conſtitui. 229

Prætorum quoque edicta. 17
Præualuiſſe tamen. 24
Primo gradu. 188
Prius eſt,ut de ijs. 207
Procurator. 303
Pro eo,qui promittit. 224
Proximitatis uerò nomine. 185
Proximus autem. 181
Publica autem iudicia. 327
Publica iudicia. 326
Pupilli pupillæq;. 52
Pupillus omne negotium. 219
QVa de cauſa poſteà. 193
Quadrupli agitur. 285
Quam formam. 306
Quantitas autem patrimonij. 155
Qua ratione. 77
Qua ratione excitati. 127
Quarto gradu. 189
Quas ex omnibus. 11
Quæ autem in prætoris edicto. 200
Quædam actiones. 283
Quædam præterea res. 82
Quæ de fullone &c. 258
Quæ diximus de ſeruo. 398
Quæ enim per. 213
Quæ omnia apertius. 306
Qui autem ex fideicommiſſi cauſa. 165
Qui autem excuſare. 61
Qui autem uult. 60
Quia plerunque. 133
Quia tamen ſuperius. 294
Quibus autem dignitas. 46
Quibus autem teſtamento. 44
Quibus connumerari neceſſe eſt. 157

Qui hoc anno.	224
Qui igitur ex te.	28
Quinimo & mutus &.	111
Quinto gradu.	189
Qui pro uſu.	235
Qui ui res alienas rapit.	260
Qui tutelam alicuius.	61
Quod autem ad eas res.	91
Quod autem dictum eſt.	47
Quod autem diximus.	249
Quod autem lex xij.tab.	45
Quòd ſi naturali alueo.	72
Quòd ſi partim ex ſua.	74
Quod ſi poſt aliquod tempus.	73
Quod ſi quis ſibi & alij.	218
Quod ſi tutor.	55
Quod ſeruus communis.	216
Quod turpi ex cauſa.	224
Quorum uis ac poteſtas.	317
Quorum utranque uiam.	10
Quoties plures res.	222
Quum autem emptio.	231
Quum ergo pupillorum.	51
Quum ex aliena materia.	73
Quum ſit expoſitum.	251
REcuperandæ poſſeſsionis cauſa.	318
Re contrahitur obligatio.	207
Rectè quoque mandatum.	241
Rei perſequendæ.	282
Religioſum locum.	67
Repetitis itaque omnibus.	192
Res fiſci noſtri.	92
Reſponſa prudentum.	17
Reſtituta autem hæreditate.	157
Retinendæ poſſeſsionis cauſa.	316

Riparum quoque uſus. 66
Rurſus ex diuerſo. 277
Ruſticorum prædiorum iura. 84
SAcræ res ſunt. 67
Sane in hac actione. 261
Sanctæ quoque res. 67
Satiſdationum modus. 303
Sciendum autem eſt. 56
Sciendum autem eſt huiuſmodi. 135
Sciendum eſt, ſuſpecti crimen. 62
Sciendum eſt tamen. 96
Sciendum tamen eſt. 111
Secundo gradu. 189
Sed agnationis quidem ius. 45
Sed aliquando etiam. 90
Sed cum aliquis ex. 107
Sed cum ex hoc. 183
Sed cum antea. 184
Sed cum factum in ſtipulatione. 115
Sed cum multas diuiſiones. 206
Sed cum paulatim. 105
Sed de publicis iudicijs. 330
Sed ea omnia antiquitati. 174
Sed eas quidem prætoria introduxit. 199
Sed & bonæ fidei. 257
Sed & capitis diminutione. 53
Sed & illud utriuſque. 36
Sed & lex Cornelia, 270
Sed & maior aſperitas. 27

Sed & ſi in teſtamento. 49
Sed & ſi pater filium. 41
Sed & ſi quis ante militiam. 111
Sed & ſi quis cum parente ſuo. 293
Sed & ſi quis priore. 130
Sed & ſi rem obligatam. 142
Sed & ſi quis ſtipuletur alij. 223
Sed & ſi uſque ad certam. 53
Sed & tale legatum. 147
Sed & unum teſtamentum. 105
Sed ex conſtitutionibus. Eſt in §. Recuperandæ. 319
Sed ex diuerſo. 100
Sed ex diuerſo, pro eo. 203
Sed ex his legibus. 50
Sed furti quidem nec. 285
Sed hactenus hoc. 111
Sed hæc de ijs libertinis. 190
Sed hæc ita accipienda. 134
Sed hæc quidem antea. 291
Sed hæc quidem de teſtamentis. 109
Sad hæc quidem uetuſtas. 118
Sed hoc etiam. 100
Sed hodie ex noſtra. 34
Sed hodie hæc aliter. 304
Sed hoc iure utimur. 50
Sed interdicto quidem. 317
Sed is apud quem res. 259
Sed iſtæ quidem actiones. 276
Sed ius quidem ciuile. 15
Sed naturalia iura. 17
Sed nec huiuſmodi. Habetur in §. Incertis quoque perſonis. 149
Sed neque hæres ſcriptus. 107
Sed nos conſtitutione, quam. 184
Sed

Sed nos, cùm adhuc. 176
Sed noſtra beneuolentia. 138
Sed noſtra conſtitutio. 194
Sed non uſque ad eam. 140
Sed olim quidem erant. ibid.
Sed quemadmodum. 185
Sed quia hæredes ſcripti. 158
Sed quia ſtipulationes. 160
Sed ſi è contrario. 134
Sed ſi ab alterutro. 75
Sed ſi à Titio. 77
Sed ſi cui habitatio. 88
Sed ſciendum eſt. 43
Sed ſi ex teſtamento. 56
Sed ſi gregis uſumfructum. 79
Sed ſi inſtituto hæredi. 125
Sed ſi libero homini. 269
Sed ſi quis nepotis loco. 36
Sed & ſi quis præſens. 64
Sed ſi qua per adoptionem. 30
Sed ſi quis poſt teſtamentum. 114
Sed ſi recuſabat. 159
Sed ſi rem legatarij. 143
Sed ſi ſuſpecti cognitio. 63
Sed ſi uxori maritus. 145
Sed tamen id. 91
Sed ueteres quidem. 301
Semel autem. 24
Septima eas ſequuta. 201

Serui autem aut naſcuntur. 19
Serui autem ex eo appellati. ibid.
Serui uerò à dominus. 21
Seruis autem ipſi. 265
Seruus autem alienus. 43
Seruus autem à domino. 121
Seruus autem manumiſſus. 46
Seruus autem plurium. 121
Seruus communis. 115
Seruus etiam alienus. 121
Seruus ex perſona domini. 115
Sexto gradu. 190
Si ab hoſtibus captus. 39
Si ad exhibendum actum fuerit. 324
Si aduerſus ea, quæ. 32
Sic itaque diſcretis actionibus. 281
Si communi ſeruo. 268
Si cui fundus. 143
Si cui nullus. 49
Si de alia re ſtipulator ſenſerit. 224
Si duorum materiæ. 74
Si eadem res. 143
Si ex pluribus. 186
Si familiæ eriſcundæ. 325
Si filiusfamilias. 272
Si finium regundorum. 326
Si fundum dari ſtipuleris. 224
Si generaliter. 147
Si grex legatus fuerit. 146
Si igitur iuſſu domini. 294
Si impoſsibilis conditio. 220
Si inter tutorem. 52
Si is qui in integrum. 205
Si iudex litem ſuam fecerit. 271
Simili modo finitur. 53

Similiter eos,qui. 59
Si minus in intentione. 291
Sinautem per procuratorem. 305
Sinautem quis ita. 127
Sine ſcripto ius uenit. 18
Si nemo ſuus hæres. 177
Singulorum autem hominum. 68
Si peculium legatum. 146
Si plures conditiones. 124
Si plures inſtituantur. 122
Si plures ſint gradus. 180
Si plures ſint fideiuſſores. 225
Si quid autem. 226
Si quidem in nomine. 149
Si quis agens. 189
Si quis alij,quàm ei. 218
Si quis aliud. 292
Si quis alium daturum. 217
Si quis autem à non domino. 78
Si quis ancillas cum ſuis. 145
Si quis autem falſis. 62
Si quis autem ſuſpectus poſtulatur. 63
Si quis debitori ſuo. 144
Si quis filiabus ſuis. 44
Si quis in aliena tabula. 78
Si quis in noĩe. Vide, Siquidem in noĩe. 149
Si quis itaque delatam ſibi. 202
Si quis ita ſtipulatur. 112
Si quis rem ſuam legauerit. 143
Si rem ſuam legauerit. ibidem

Si rem ſuam legauerit. 144
Si ſcriptum in inſtrumento fuerit. 222
Si ſeruum alienum. 125
Si ſeruus domino noxiam. 300
Si tamen alienam purpuram. 74
Si Titius alienam plantam. 76
Si tutor nomine pupilli. 134
Si uerò pater naturalis. 34
Sin uerò quantacunque. 134
Si uerò quis partem. 144
Si uerò reus præſto. 306
Si uerò totus as completus ſit. 122
Si uerò ultra centeſim. 61
Si uxor tua. 32
Societatem coire ſolemus. 236
Socius ſocio utrum nomine. 238
Socrum quoque & nouercam. 31
Soluitur adhuc ſocietas. 238
Soror autem & frater. 133
Statim autem ab initio. Habetur in §. At ad-
uerſus. 321
Stipulationum aliæ ſunt. 216
Sub certa uerò demonſtratione. 148
Sub conditione ſtipulatio fit. 112
Subſtituitur auten impuberi. 128
Sui autem & neceſſarij. 136
Sui autem hæredes fiunt. 168
Summa autem diuiſio. 314
Summa itaque diuiſio. 19
Summa itaque ope. 12
Sunt autem adgnati. 45
Sunt autem bonorum poſſeſſiones. 199
Sunt autem conſtitutæ. 299
Sunt & aliæ perſonæ. 32
Sunt præterea publica iudicia. 330

Sunt præterea quædam actiones. 292
Supereſt, ut de actionibus loquamur. 274
Supereſt, ut admoneamus. 308
Supereſt, ut de lege Falcidia. 153
Supereſt, ut de officio iudicis. 322
Superiore libro. 65
Supra dicta diligens. 109
Suſpectus autem eſt, qui. 63
Suſpectum etiam eum putamus. 64
TAm autem corporales res. 147
Tam autem naturales liberi. 134
Tertia diuiſio interdictorum. 319
Tertio gradu. 189
Teſtamenti autem factionem. 137
Teſtamentum ex eo. 105
Teſtamentum iure factum. 125
Teſtes autem adhiberi poſſunt. 166
Theſauros, quos quis. 79
Tollitur autem omnis obligatio. 247
Tranſeamus nunc ad. 42
Tripli uerò agimus. 284
Tua gratia & mandantis. 239
Tua tantum gratia interuenit. 239
Tutor autem nec per. 149
Tutor autem ſtatim. 52
Tutores autem ſunt. 42
Tutores & curatores. 304
Tutores quoque, qui 244
VEl ſingulis liberis. 128
[illegible]

Videamus nunc, quibus. 37
Videamus ſi pars aliqua uacet. 123
Vnde in his cauſis. 51
Vniuerſitatis ſunt. 66
Vocantur autem ſtipendiaria. 80
Vſusfructus à proprietate. 85
Vſusfructus, eſt ius. 85
Vtique tamen. 232
Vtriuſque etiam partis. 321
Vulgo quæſitos. 187

FINIS.